This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

A 400267


Mure of Caldwell.


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST




Mure of Caldwell.


UNIVERSITY of MICHIGAN
GENERAL LIBRARY
OCTAVIA WILLIAMS BATES
BEQUEST

LEXICON

VNIVERSAE REI NVMARIAE

VETERVM

ET PRAECIPVE

GRAECORVM AC ROMANORVM

CVM

OBSERVATIONIBVS ET PASSIM

CVM

EXPLICATIONE MONOGRAMMATVM

EDIDIT

IO. CHRISTOPHORVS RASCHE.

TOMI QVARTI PARS POSTERIOR.

VI SICVLORVM MONOGRAMMATA ET EPISTOLAE QVATVOR
PRAEMITTVNTVR.

SAN — SSS.

LIPSIAE MDCCLXXXX.

IN LIBRARIA GLEDITSCHIA.

REVERENDISSIMO

ANTONIO

EPISCOPO TYENENSI

REGIAE MAIESTATIS VTRIVSQVE SICILIAE
A CONFESSIONIBVS

LITTERARVM ET ARTIVM FAVTORI

D. D.

ANIMO GRATISSIMO

IO. CHRISTOPH. RASCHE.

I.

Illuſtriſſimo Principi ac Domino
GABR. LANCILL. CASTELLO,
Principi Turris Mutiae

S. D. P.

Io. Chriſtoph. Raſche.

Quoniam is, qui TIBI a ſecretis eſt, in epiſtolae TVAE inuolucro verba: *in Ducatu Saxo-Meiningenſi, Maſsfeldiae* adſcribere oblitus erat; factum eſt, vt epiſtola TVA non prius, quam per aliquot menſes in Germania paſſim vagata erat, ad me perferretur. Iam vero, cum non intercidit, ſed tandem in manus meas peruenit, illi leue hoc peccatum pro inſigni TVA clementia ignoſcas velim.

Verbis exprimere non poſſum, quanta illam perlegens perfuſus ſim laetitia; quam exoptata fuerit comprobatio Principis rei numariae peritiſſimi, quam grata mihi ſpes a TE facta, fore, vt a TE meliora edoctus multis rebus lexicon meum augere poſſim, quae, ſi tanto duce carerem, in illo plane deſiderarentur. Quid multa? TVAM, ingenue gratiſſimaque mente confiteor, epiſtolam rerum reconditarum mihique vtiliſſimarum adeo refertam reperi, vt in animo eorum, qui lexicon meum legunt, praeſenſionem quamdam voluptatis, quam ſupplementum de numis ſiculis a TE liberaliſſime promiſſum eos ſperare iubet, excitare auſus ſim.

Ignoſcas itaque precor, *Princeps Illuſtriſſime*, ſi in exſultanti mea laetitia tam parum mihi temperare potuerim, vt epiſtolam TVAM non tanquam rem ſanctam in ſcrinio meo reſeruandam, ſed potius, quod tam plena optimorum conſi-

liorum rerumque vtiliſſimarum eſt, cum lexici mei lectoribus communicandum exiſtimauerim.

Mihi quidem ad hunc diem non tam felici eſſe contigit vt immortalia, quae in publicum edidiſti, opera poſſideam: ſed, cum Lipſia mecum ad perbreue temporis ſpatium illi vendenda tranſmitterentur, ex iis haud aliter, ac canis e Nilo, haurire poteram. Quodſi itaque nonnullas paſſim doctiſſimarum TVARVM explicationum praetermiſi, id me temporis anguſtia coactum, non vero per incuriam feciſſe, velim exiſtimes. Fortaſſe in poſterum benigniorem, praeſtantiſſima TVA opera, quibus adhuc aegerrime carui et ad perficiendum perpoliendumque meum lexicon poſthac omnino non carere potero, in Germania noſtra inueniendi mihique parandi occaſionem nanciſcar.

Tabulae TVAE additionis ad Siciliae numos, quas mihi dono mittere liberaliſſime promiſiſti, erunt mihi gratiſſimae, quantoque cum fructu eas adhibuerim, ex opere meo ipſe poteris perſpicere.

In nundinis Lipſienſibus vernis, non ſub noui anni auſpiciis, vt mendoſe ad finem praefaminis legitur, in lucem exiit nouum lexici mei volumen, quod litteras PR — SAM complectitur. Quae de numis *Samaritanis* in eo diſſerui, praetereunda mihi quidem non videbantur, praeſertim cum Reuerendiſſimus *Bayerius* in praeclaro ſuo opere de numis Ebraeo-Samaritanis pro inſigni ſua rerum intelligentia fecerit, vt dubitationi, quam cel. *Schlaegerus*, *Tychſenius* aliique plures de eorum ſinceritate mouerant, locus non amplius relinquatur. Praeterea doctiſſimus Anglus, *Samuel Henley*, mihi dono miſit opuſculum, quo continentur quorumdam numorum Samaritanorum explicationes, quibus hac in re nondum omnibus difficultatibus expedita inſigniter me adiutum eſſe, ingenue confiteor.

Reuerendiſſimus *Antonius*, Epiſcopus Tyenenſis, non ſolum ad continuandos in re numiſmatica labores me non ita pridem per litteras mirifice excitauit; ſed tantum quoque ſimul ſuam in me exſtare voluit liberalitatem, vt ex inſtructiſſimo ſuo muſeo DCXVIII. numos optime conſeruatos muneri mitteret. Praeter vnum perquam nitidum numum Bruttiae *aureum*, quem cel. *Neumannus* Pop. Num. I. p. 2(
ſal

o vnicum vocat, inter *argenteos* ſunt 10. vrbium Graeca-
n, 197. familiarum Romanarum, et 30. Imperatorum;
er *aeneos* 17. Regum Graecorum et Siculorum, 94. vr-
m Graecarum, 262. Imperatorum etc. Ex quo facile
BI intellectu erit, quam incredibili gaudio me adfecerit
ta Reuerendiſſimi Epiſcopi munificentia.

Longior eſt epiſtola, quam vt plura addere audeam
are nil amplius ſubiungo, quam vt ſupremum numen
plicibus precibus implorem, velit efficere, vt diu laetus
erſis reipublicae litterariae, et porro ames antiquitates
nque numariam luce perfundere. Quodſi benigniſſimus
us conceſſerit, ac TV, *Princeps Illuſtriſſime*, de re litte-
ria, vti adhuc iam communi omnium ſuffragio praeclare
ciſti, optime mereri perrexeris: habebit ſane res litte-
ria, quod ſibi maximopere gratuletur, nec vlla vmquam
as de TVIS laudibus conticeſcet.

Quod reliquum eſt, valeas *Princeps Illuſtriſſime*,
VAEque gratiae me habeas commendatiſſimum. Scrib.
aſsfeldiae in Ducatu Saxo-Meiningenſi d. VI. menſ. April.
ɪɔcclxxxix.

II.

Monſieur !

N'ayant reçu qu'il y a peu de jours, par Monſieur le Pr. *Heine* la lettre obligeante, que Vous m'avez fait l'honneur de m'ecrire; je Vous prie de ne me pas ſoupçonne de negligence vis a vis de Vous. Vous m'avez inſpiré trop d'éſtime, de gratitude même, Monſieur, et par Votre patience infatigable à un travail dont les 3. quards et demi des humains ſe ſeroit ſûrement rebutté; et par le pretieux préſent, que Vous avec fait à touts les amateurs de la Numismatique, d'un livre d'une neceſſi·é ſi abſolue, que perſonne en Alemagne, en France, en Italie, et même en Angleterre, n'a eu le courage d'entreprendre et dons Vous Vous êtes aquité avec tant de ſuccés, qu'en verité je ſerois inexcuſable, ſi j'avois pu avoir un moment ce tort à Votre egard!

Vous êtes beaucoup trop obligeamment prévenu pour moi, Monſieur, et pour mes lumieres. Il eſt vrai que pendent 50. années, que j'ai travailée à aquerir des medailles antiques, j'ai eu des haſards heureux, mais ce bonheur ne rend pas habile; et quand il me metta même de citer et de m'attribuer la poſſeſſion d'un morceau rare, ſingulier, ou même unique, cela ne prouve encore rien pour ma faculté de le juger, ou de l'expliquer.

C'eſt je crois, Monſieur, a qu'un homme auſſi ami du vrai, auſſi judicieux que Vous qui l'eſt voué pour ainſi dire au publique, et à ſon utilite, doit toujours bien diſtinquer. Je m'apperçois avec gratitude: mais avec inquietude, Monſieur, qu'un trop obligeante prévention pour moi, pourroit vous faire oublier celle diſtinction neceſſaire. Grande amatrice, paſſionée même pour la numismatique, je ne ſuis qu'un franche ignorante, en fait des choſes requiſes, pour que mon opinion peut faire une autorité

Vo

Vous pouvez citer ma médaille, ſur tout quand une elegante gravure Vous donne quelque indice de ſon apparante antiquité, mais Vous ne devez jamais citer mon jugement qui ne prouve rien, ni ne ſauroit prouver, vu les bornes etretes de mes connoiſſances. Un ouvrage tel que le Votre eſt trop ſerieux, trop reſpectable, pour admettre des partialité et des compliments; et je Vous conjure, quand Vous préſenterez au monde ſavant qui a les yeux ſur Votre eſtimable et util travail; quelque morceau de ma collection, de les préſenter, comme je les ai propoſé, *avec les doutes. et la juſte et humble defiance, qui doive accompagne mes recherches*, et la ſoubmiſſion que je dois aux maitres, d'un art dont je ne poſſede qu'un peu de gout, pour l'admirer mais nulle voix pour en decider.

Aprez cette précaution, abſolument neceſſaire à obſerver, pour Votre honneur et pour le mien; je dois Vous dire, Monſieur, que je ſuis veritablement rejouëe d'un expreſſion de Votre lettre, qui me fait eſperer, que cette même patience (unique chez Vous et qui Vous a rendu ſusceptible d'un travail ſi conſtant et ſi admirable) Vous engagera encore à entreprendre une ſeconde beſogne, preſque auſſi gigantesque et dont j'ai vu deſesperer d'habilles antiquaires; toutes en ſentant la grande utilité! Vous me pareſſez être charmer que les *monogrammes* de mon Supplement ſont bien deſſinés, puisque cela les rend zu ihrer Abſicht noch brauchbarer. Vous avez donc des vuës, ſur cet object, dont depuis tant d'annéęs je ſouhaitois ſi ardement, que quelque homme capable de l'eclairſir, daigne en tirer tout le parti, que je crois qu'elle peut fournir pour la plus grande utilité poſſible de la ſcience des médailles. Je vois fort bien combien cet ouvrage ſera minutieux, repouſſant, monotone; et je ne connois auſſi que Vous ſeul apres les preuves, que Votre dictionaire en a donnée, dont on puiſſe attendre et éſperer un pareil miracle.

Je n'entrerai ſ. u. p. que pour Vous en remercier bien affectieuſement: dans le detail d'aucun des morceaux, que Vous avez eu la complaiſence de remarquer dans mon petit Supplement vicieux, et mal imprimé.

J'aime mieux Vous dire, Monſieur, que je viens de faire l'acquiſition d'une médaille *d'or* très éſtimée, et ſur laquelle nos plus habiles antiquaires ſe ſont le plus diſputés. C'eſt

 une

une *Aelia Eudoxia Aug.* femme ou mere du jeune Theodoſe. Appartient elle à l'épouſe (née Françoiſe) d'Arcadius ôu eſt ce l'illuſtre Athenaïs ſa belle fille; ſi celebre et ſi malheureuſe?

Le reverſe eſt une Victoire ou un genie ailé, debout, devant une croix, ſurmontée d'un aſtre. L'inſcription porte *Vota XXX. Mult. XXXX. b. en bas Conob.* Elle eſt tout au tour; On y a ajouté une petité diſſertation très bien faite, ſur le doutes qui conſtent, entre la belle mêre et la belle fille, ſur la façon d'écrire differente d'*Eudoxia* ou d' *Eudocia.* L'auteur penche pour faire attribuer ce morceau à la femme du jeune Theodoſe. Je ne ſais ſi ces arguments perſuadront les ſavants; ils non pas convencu mon ignorance; mais c'eſt à ces Meſſieurs à decider la difference, il me ſuffit, que ſoit la belle mere ou la bru, la médaille reſte toujours pretieuſe, rare, et que je la tiens. Elle tientroit bien ſon coin dans un ſecond ſupplement, que je ſerois aſſes tentée de faire, pour le quel même j'ai un aſſes grand nombre d'acquiſitions nouvelles, ſi mon age, et les degouts, les difficultés, que je trouve de touts cotés ne me decourageroient cruellement de cette nouvelle temerité.

Je ſuis enchanté, Monſieur, d'avoir trouvé l'occaſion de Vous aſſurer moi même de la veritablement haute êſtime, que je Vous ai vouée, et avec laquelle, je me fais honneur de me dire

Monſieur

Hambourg,
le 19. Oct. 1759.

Votre très humble et très obeiſante Servante,

C. D. de *Bentinck* née *C.* d'*Aldenbourg.*

III.

Maxime Reuerendo ac Doctiſſimo
SAMVELI HENLEY
S. D. P.
Io. Chriſtoph. Raſche.

Quo rarius opus aliquod ad antiquitates illuſtrandas pertinens in Germania his temporibus prodeat, quod apud exteros non ſine plauſu excipiatur, eo honorificentius eſt indicium, quo TV, *Vir Maxime Reuerende*, lexicon meum rei numariae veterum dignari voluiſti. Ego vero licet ipſe, quam exiguum operi meo pretium ſtatuendum ſit, probe ſciam: vtraque tamen TVA epiſtola adeo me incitatum ſentio, vt ſine vlla timiditate in edendo lexico meo pergere omneſque meas vires magis magiſque intendere conſtituerim.

Ad hanc vſque aetatem eiuſmodi lexicon eruditorum coetui deeſſe videbatur; et quamlibet ſaepius tale publice promiſſum ſit atque tentatum: nondum tamen ab vllo alio perfectum illud et in lucem prolatum eſſe conſtat. Opus cel. de *Guſſeme*, quod VI. voluminibus in Hiſpania in lucem publicam exiit, vnum huius generis erat, quod in vſus meos conuertere poteram atque etiam ſtudebam. At quam imperfectum illud reperiebam in definiendis metalli generibus numorumque modulo! Quam parum opera haud contemnenda, quae poſt illud prodiere, in ſubſidium fuerunt adhibita! Quod quidem cum animaduerterem: eo diligentius cauendum duxi, ne, quae paſſim fruſtra in illo libro quaeras, in lexico meo deſiderarentur. Vix vllum exſtat opus, in quo de re numiſmatica veterum agitur, quod

quod omnino praeterierim, ea mente, vt lexicon meum, quoad eius fieri poteſt, perfectum prodiret, ac numerus rubricarum, quas vocant, paene infinitus rite digeſtus adparet.

Quo longius vero in tanto hoc tamque immenſo campo progreſſus ſum, eo magis ſenſi, quid valeant humeri, quid ferre recuſent; et iam nunc multa deeſſe video, quae, prout volo et res ipſa poſtulat, ſupplere nequeo. Sed num in communi rerum humanarum imperfectione, quod plane perfectum ſit omnibuſque numeris abſolutum, ab vllo homine poterit exſpectari? In cunctis hominum operibus multa ſemper erunt, quae, vt cum *Horatio* loquar, humana natura parum cauere potuerit. In re numaria veterum haud pauca ſunt tam obſcura, tam ambigua, tam intricata, vt peritiſſimus quiſque ea dilucide et ſatis adcurate explicare nequeat.

Quoties de numis *Samaritanis* cogitaui, toties, ingenue fateor, horror quidam ima per oſſa cucurrit. Non enim fugit me, quam controuerſiam cel: *Tychſenius*, *Schlaegerus* aliique plures de iis mouerint, vtpote qui ſpurios illos palam dictitare haud dubitarunt. Et profecto niſi nactus eſſem Reuerendiſſimi *Bayeri* opus de numis Ebraeo-Samaritanis, articulus hic manſiſſet rebus valde inanis et procul dubio peritis lexici mei lectoribus vehementer diſplicuiſſet. Quidquid ſcriptores, qui ante eum de hocce numorum genere ſunt commentati, in medium protulerant, adeo parum erat, vt ad eorum fidem extra omnem dubitationis aleam ponendam prorſus non ſufficeret. Hinc credas mihi velim, *Vir Maxime Reuerende*, nil opportunius mihi accidere potuiſſe, quam cum litterae TVAE vna cum praeſtantiſſimo opuſculo, non vulgari, ſed plane recondita doctrina referto, ad me peruenirent, quo ſane plus lucis *Bayerii* operi adfuſum eſt. TVA iudicia vbique tam grauia, tam vera et firma eſſe intellexi, vt ea lexico meo Tom. IV. P. I. p. 1770. 1771. intexere non dubitauerim; TVAS vero *Remarks on Iewiſh coins* per inde, ac cum vna epiſtolarum feci, integras inſeruiſſem, niſi fuiſſet mihi verendum, ne is articulus ceteris iuſto longius extenderetur.

Quapropter TIBI, *Vir Maxime Reuerende*, gratias ago, quas poſſum maximas maioreſque habeo, quod pro in-

inſigni TVA erga me beneuolentia efficere voluiſti, vt timiditatem, quae in explicandis numis Samaritanis me occupauerat, aliaſque difficultates tam feliciter ſuperare potuerim.

Perge, quaeſo, *Patrone optime*, in poſterum quoque TVO, quem facio plurimi, me dignari fauore, atque in iis, in quibus hallucinari poſſem, praeclara, qua polles, doctrina atque conſilio adiuuare. Id ſi benigniſſime feceris; facturum autem TE eſſe, ſumma TVA, quam ex litteris TVIS perſpexi, me non ſolum ſperare, ſed etiam confidere iubet humanitas: perficiam profecto, vt tam ſingularem fauorem TE non ingrato praeſtitiſſe, luculentis ſignis cognoſcas.

Per Illuſtrem *Heynium*, Profeſſorem Goettingenſem celeberrimum, litterae TVAE ſemper recte ad me transmitti poterunt; et per eumdem, omnium bonarum artium ac diſciplinarum ſtatorem et adiutorem, via mihi aperta eſt, TIBI ſaepius per litteras teſtificandi, quanti TE et praeſtantiſſima TVA opera faciam, et quam gratum animum pro omnibus TVIS in me meritis habeam.

Supremum numen TE, *Vir Maxime Reuerende*, ad Neſtoream ſenectam ſaluum conſeruet atque incolumem, corroboret animi pariter ac corporis vires, vt plura ingenii monumenta in lucem proferre poſſis, et non ſolum ego, cuius cupiditatem iis ad exornandum lexicon meum vtendi iam mirifice incendiſti, ſed vniuerſa quoque reſpublica litteraria habeat, vnde fructus percipiat vberrimos. Quodſi fecerit numen benigniſſimum et, quae pro ſalutis TVAE perennitate ſincera mente nuncupo vota, haud irrita eſſe voluerit: erit profecto, quod ego vna cum omnibus, qui exquiſitam TVAM eruditionem non minus, quam magnum aliarum virtutum comitatum in TE merito admirantur, maximopere laeter. Vale, *Vir Maxime Reuerende*, ac res TVAS age quam feliciſſime!

Scrib. Maſsfeldiae in Ducatu Saxo-Meiningenſi d. VI. menſ. April. CIↃIↃCCLXXXIX.

IV.

IV.

Ad Eundem.

Exoptatius mihi ſane nil venire poterat, quam vberio TVA epiſtola, ex qua lexicon meum, praeſertim artic lum, quo de *Samaritanis numis* diſſerui, TIBI, doctiſſim maximeque intelligenti harum rerum exiſtimatori, probatu eſſe non ſine magna animi voluptate intelligo. Neque ver minorem admirationem mihi excitauit ſolida TVA num rum *Simonis* explicatio, quam mihi adeo ſatis feciſſe ſc as, vt eam totam tomo lexici mei iam ſub prelo ſudan inſerendam p. 1022 ad 1028. curauerim, quo additamen lexici mei lectoribus gratiſſimum me feciſſe arbitror. Ig noſces, *Vir Maxime Reuerende*, pro inſigni TVA erga m beneuolentia et meliora me edocebis, ſi forte mente TVAM alicubi minus recte expreſſam animaduerteris, i quod mihi linguae TVAE vernaculae non ſatis gnaro, fa cile accidere potuit.

Vtrum beate defunctus *Schlaegerus* vberiorem vn quam ediderit refutationem, mihi non ſatis liquet; prae ter eius epiſtolam, quae lexici Tom. II. P. I. p. 514 515. inſerta eſt, nihil in meam venit notitiam.

Cel. *Tychſenii* obiectiones in commentatione hiſce li teris ſubiuncta poteris legere, quam quidem ea de cau ad TE tranſmitto, vt viri huius doctiſſimi rationes ex mini TVO ſubiiciantur, hocque modo vberior TVA di quiſitio aliquo modo adiuuetur, et maturius mecum co municari queat.

Noua, quam liberaliſſime mihi promiſiſti, *Pinkertoni* op ris editio mihi erit gratiſſima. Velim nolim, fatear opo tet, me magna adhuc operum ad veterem rem numaria pertinentium, quae in *Anglia* prodierunt, penuria lab bor

norare, quorum tamen ope, modo ſi commodior ea naniſcendi his in terris facultas fuiſſet, multas res in lexico meo obuias valde illuſtrari potuiſſe, nullus equidem dubito.

Neapoli propediem ad me perlatum iri ſpero *„Il Codice diplomatico di Sicilia ſotto il governo degli Arabi;* qui quidem codex permagna copia numorum Arabicorum, qui illorum temporum hiſtoriam illuſtrant, exornatus eſt. Adſeruatus hucuſque erat hic codex *Panormi* in bibliotheca Benedictinorum, et ab omnibus, quibus eum inſpicere contigerat, nihil aliud, quam codex Muhamedanorum ſacer eſſe putabatur. Poſtremus Imperatoris Maroccani legatus, cui bibliothecam perluſtrandi ille codex inſpiciendus exhibebatur, errorem, quo quiſque imbutus erat, eripuit, et hoc modo repertum eſt, hoc codice narrari hiſtoriam ab anno 827. poſt natum Chriſtum ad annum 1074, quae ad eum diem deſiderata fuerat, et periodum illam complectitur, qua *Sicilia* paene tota *in ditione ac poteſtate Arabum* fuit. *Duo* priora huius codicis volumina in lucem publicam iam emiſſa ſunt, quae propediem *quatuor* reliqua ſequentur. Verſio eſt lingua, qua *Itali* loquuntur, confecta, et quibuſdam eruditis terrarum ſeptemtrionalium largam de ea diſſerendi materiam praebuit; verum tamen etiam ſpes facta eſt, fore, vt verſio eiuſdem *Latina* ad plurium vſus adpareat. Ceterum *Tychſenius*, profeſſor Butzouienſis celeberrimus, interpretem partibus ſuis fideliter defunctum eſſe, teſtimonio ſuo confirmat.

Quod reliquum eſt, nil magis in votis habeo, quam vt benigniſſimum numen, vna cum auſpiciis noui anni TVAM ſanitatem denuo reſtituat, reſtitutam confirmet atque TE non ſolum omni bonorum copia cumulet, ſed in poſterum quoque omnes podagrae dolores, quibus TIBI hucuſque interdum confligtandum fuit, auerruncet, ne ſtudia TVA, quibus de eruditorum coetu tantopere mereris, graui illo et odioſo morbo aut vllo alio incommodo amplius interpellentur. Plus vice ſimplici ego quoque coactum me vidi patienter exſpectare, donec podagrae dolores remitterent. Hinc mihi facile credes, me magnopere laetari, TE moleſtiſſimo illo ſtudiorum TVORVM

inter

interpellatore iam liberatum eſſe, neque ſincera mente ſi-
mul TIBI precari, ne vnquam poſthac ad TE redeat!

Vale, *Vir Maxime Reverende*, TVOque fauore, quem plurimi facio, me perge dignari.

Scrib. Maßfeldiae in Ducatu Saxo-Meiningenſi d. V. Ian. MDCCXC.

SAN.

SAN.

SAN in galea Palladis. Æ. Thuriorum. *Magnan.* Brutt. Numiſm. Tb. 97. fg. 8. *Eiuſd.* Miſcell. Num. I. Tb. 47. fg. 8.

SAN. *Santones.* — SAN. DOCI. Equus currens. *Eckhel.* Catal. I. p. 10. vid. *Santones* Galliae Aquitanicae.

SANB in imo Æ 3. Martiniani. *Band.* II. p. 205. 219.) *Ducang.* Fam. Byz. Tb. 6. p. 23. 24.

SANCT. *Sancta.* — MINERV. SANCT. *Mineruа Sancta.* AV. Æ. Getae. Lex. n. T. III. p. 731. — MINERVA SANCT. n. Sept. Seueri. Lex. *ibid.* p. 735. — *it.* Æ. Getae. *ibid.* p. 736.

— *Sancto.* — SANCT. DEO SOLI ELAGABAL. Quadrigae lentae vehentes deum conoidicum, circum quatuor perticae, quarum ſingulis impoſitus conus.)(ANTONINVS PIVS FEL. AVG. Caput Elagabali laur. AV. Æ. *Beger.* Th. Br. II. p. 712. fg. 2.) *Cimel. Vindob.* I. p. 64. ſed ELAGAB.) *Eckhel.* Cat. II. p. 312.) *Geſſner.* Impp. Tb. 156. fg. 23.) *Guſſeme* III. p. 119. n. 55.) *Hautbaler.* Exercitat. IV. Tb. 5. fg. 1. p. 126. ſed ELAGABALO.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 61. cui ELAGABAL*enſi*.) *Montfaucon.* Tom. I. P. I. Tb. 64. fg. 4.) *Mdb.* p. 310. cui ſeiuges trahentes conum, id eſt, dei Elagabali ſimulacrum, circum circa genii.) Muſ. *Theup.* p. 234. vbi)(ANTONINVS PIVS FELIX AVG. — *Id.* ſed)(IMP. M. AVR. ANTONINVS PIVS AVG Cap. laur. Æ. eiuſd. Elagab. *Harduin.* Oper. Sel. p. 816. qui pluribus egit de monte Caſio in quadrigis cum vexillis quatuor. — *Ead. epigr.* Quadrigis inſiſtit aquila alis expanſis.)(IMP. ANTONINVS PIVS AVG. Cap. ſimile. Æ. eiuſd *Geſſner.* Impp. Tb. 156. fg. 57.) *Vaill.* Pr. II. p. 269.

SANCTA. vid. MINERV. SANCTA. n. Getae. Lex. n. T. III. p. 732. — MINERVA SANCTA. n. eiuſd. *ibid.* p. 736.

SANCTAE. v. VESTAE SANCTAE. n. Iul. Domnae.

SANCTO. v. APOLLINI SANCTO. n. Peſcennii Lex. n. T I. p. 940. *it.* T. III. P. II. p. 998. n. 3. 4.) *d'Ennery* Catal. p. 343. — *Ead. epigr.* Apollo ſtans. *Mdb.* p. 423.) *Patin.* Ind. p. 30.) *Guſſeme* III. p. 54. n. 4. — *Ead. epigr.* n. Iuliani Apoſt. Lex. n. T. I. p. 940. 941.

— v. APOLLONI (*ſic*) SANCTO. Apollo veſtitu muliebri, d. pateram, ſ. lyram.)(Fluuius natans iuxta pedes deae turritae rupibus inſidentis. Æ. Diocletiani. *Patin.* Impp. p. 442. fgg. 8. 9. ac in Ind. ſcriptum APOLLINI etc. — *Ead. epigr.* n. Iuliani. *Band.* II. p. 433.) Lex. n. T. I. p. 953.) *Guſſeme* IV. p. 185. n. 1.

— v. DEO SANCTO NILO. Vir barbatus humi ſedens, d. arundinem, ſ. cornucopiae, iuxta hippocampus, in area B. infra ALE.)(DEO SANCTO SERAPIDI. Caput Serapidis cum modio. Æ 3. Iuliani. Lex. n. Tom. II. p. 146.)

Band. II. p. 433.) *Eckhel.* Cat. II. p. 505. n. 71.) *Guſſeme* IV. p. 185. n. 2. *it.* VI. p. 103.) *Mdb.* p. 496. not. **.

SANCTO DEO SOLI ELAGABAL. Quadriga cum quatuor ſignis manipularibus, in qua ſimulacrum dei Elagabali, ſiue lapis in conum deſinens.)(ANTONINVS PIVS FELIX AVG. Caput Elagabali. AR. *Guſſeme* III. p. 119. n. 55. *it.* VI. p. 103.) *Mdb.* p. 311.

Sanctus, i. e. propitius, adpellatur Elagabalus deus in pompa traductus coni forma, quem lapidem conoidicum illuſtrat *Herodianus.* cf. *Galland* Diction. voce *Sanctus.*

— *Apollo*, in inſcriptionibus *Gruteri* p. 38. et in numis. vid. APOLLINI vel APOLLONI SANCTO.

— *Senatus.* vid. ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΗ. *al.* ΙΕΡΑ ΣΥΝΚΛΗΤΟΣ. Lex. n. T. II. P. II. p. 532 ad 535.) *Ger. Ioa. Voſſius* Etymol. in ea voce: „*Sanctum*, inquit, ſciunt omnes idem eſſe quod *inuiolabile;* indeque *legatos* et *tribunos plebis ſanctos* dici cet., teſtemque adducit *Caeſarem* L. III. de Bell. Gall. et *Marcianum* I. C. in l. *ſanctum*, ff. de rer. div.

Sancus adpellatur *Hercules* apud Sabinos, Romaeque *dei fidii* nomine cultus. *Varro* de Lat. ling. p. 14.) *Io. Mich. Dillherr.* diſp. Tom. I. p. 65. — *Semo Sancus* adpellatur deus ille fidius in inſcript. *Gruteri* p. XCVI. num. 5 ſq. — vel *Sancus Semo* genius eſt. vid. *Cornelia* gens apud *Morell.* Fam. p. 115. fg. 6.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 4. fg. 17.) *Vrſin.* Fam. p. 305.) Lex. n. T. II. p. 471.

ΣΑΝΑ. Animal quoddam.)(Caput Palladis galeatum. Æ 3. *Ludov.* Num. p. 37. — *Al.*

ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ. Numus *Golzii* in Theſauro p. 230. et ex eo apud *Harduin.* Num. Pop. p. 437. vel Oper. Sel. p. 148. pariter ac *Geſſner.* Num. Pop. p. 315.

Sandalium oppidulum eſt Piſidiae, cuius *Strabo* et *Stephanus* meminere: Σανδάλιον Πισιδίας Χωρίον, ὁ τῦτο οἰκῶν Σανδαλιεύς. — ΣΑΝΔΑΛΙΕΩΝ ΠΡΩΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝΙΑ, *Sandalienſium*, qui *Primi* prouinciae, *Concordia.* n. Claudii. *Geſſner.* ib.) *Harduin.* l. c.) *Occo* p. 112.

SANE in exergo Æ 3. Martiniani. *Vaill.* Pr. I. p. 292.

Sangaris, vel *Sangarius*, Aſiae minoris fluuius, ex Dyndimo monte ortus, et per Phrygiam Bithyniamque in Pontum illabens, alio nomine *Coralius* nuncupatur. *Haym.* Theſ. Brit. I. Tb. 25. fg. 1. p. 253. 254.) *Vaill.* Fam. I. ad g. Aemil. n. 11. vid. *Iuliopolis* Bithyniae. Lex. n. T. II. P. II. p. 1123. — *Peſſinus* Galatiae. Lex. n. T. III. P. II. p. 1014.

Sangus, vel *Sancus*, Sabinorum deus. Eius caput in denario a P. Cornelio Lentulo expreſſum ad indicandam Corneliam gentem e Sabinis ortam fuiſſe. *Vaill.* Fam. I. p. 321.) *Spanhem.* Pr. II. p. 13. vid. *Sancus.*

ΣΑΝΙΝΑΙΩΝ. *Stephano:* Σάννα, πόλις ἐπὶ τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, τὸ ἐθνικὸν Σαννιναῖος, *Sanina*, *vrbs ad mare rubrum, gentile Saninaeus.* Memoratur quoque *Ptolemaeo* L. VI. c. 7. poſt rubri maris anguſtias. Sed *Harduin.* Num. Pop. p. 437. vel Oper. Sel. p. 149. cenſet, ΣΑΝΙΑΙΩΝ in numo forſan legi ſatius, a Σάνις oppido Phrygiae Magnae apud eundem *Ptolemaeum* L. V. c. 11.) *Geſſner.* Num. Pop. p. 315.

Sanitas qua mulier ſtolata ſt. d. ſerpentem, ſymbolum patris Aeſculapii, ſ. columnae innixa. n. Aciliae g. *Vaill.* Fam.) *Claud. Gros. de Boze* diſſ. ſur le culte, que les anciens

anciens ont rendu à la deeſſe Santé. à Paris 1705. 8. Cuius diſſ. verſio Latina in *Woltereck.* Elect. numar p. 23 ſq. ad Tb. 2. fg. 6. — *Sanitatis deus.* vid. *Aeſculapius.*

Sanquinia gens plebeiane an patricia fuerit, incertum eſt, vt et an eius nomen deſumtum a ſanguine, pro vi ac vigore accepto? Solus *Tacitus* in fragmento L. VI. commemorat M. Sanquinium conſulem ſuffectum fuiſſe. *Havercampus* hunc vel filium, vel fratris filium Sanquinii eius facit, qui huius gentis ſignauit

1) *Denarios argenteos.* — 1. M. SANQVINIVS III. VIR. *Marcus Sanquinius Triumuir.* Caput laureatum cum ſtella crinita in vertice.)(AVGVSTVS DIVI F. Caput Auguſti nudum. Aſperrimus, longe elegantiſſimus, rarus. Imaginem, cuius vertici ſtella adiecta eſt, *Vrſinus* Caeſaris Dictatoris ſtellam eſſe exiſtimauit, de qua *Suetonius* in Iulio c. 88. Idem *Fuluius* addit: „Imago tamen, quae in denario impreſſa eſt, iunioris cuiuſdam viri, non autem Caeſaris Dictatoris effigiem repraeſentare videtur." — *Morellius* in epiſt. ad *Perizonium*: „Non vna, inter alia inquit, eruditis de duobus primis numis gentis Sanquiniae eſt ſententia; *Vaillantius*, de *Pfau* aliique caput Caſtoris in illis exprimi crediderc; *Begerus* caput ipſius Auguſti repraeſentari exiſtimauit, quaſi diui Caeſaris ſpiritu animatum, propter ſtellam crinitam capiti imminentem. Facies equidem cum Auguſti delineamentis conuenit, ſed figura et ambitus totius capitis Iulium indicant, a *Golzio* et aliis iam ita expreſſum, praeſertim cum ſculptorum in exprimendis capitibus non eadem ſemper fuerit accuratio. — *Morellianae* ſententiae ipſe *Havercampus* adſtipulatur, addens: „Habeo et ipſe hunc numum ter, omnes ſubaeratos, vnum etiam delapſa vniuerſa argentea lamina totum ex aere optime ſignatum; in omnibus tamen Iulio Caeſari quam Auguſto ſimilior facies eſt. *Stella crinita,* quae apotheoſin eius indicat, res nota eſt; et ideo in hoc denario *caput Iulii*, non addito *Caeſaris* nomine, ponitur, vt diui, cuius filius in altera denarii parte vocatus Auguſtus, eiuſdemque *Auguſti* ibidem *caput* depingitur. Cur autem ab Auguſti triumuiris monetalibus in his denariis *Iulii Caeſaris caput* ſignatum fuerit, hanc *Havercampus* rationem eſſe exiſtimat: „Emendauerat annum Iulius, cuius rei memoriam etiam plures denarii eiuſdem ſeruant. Ludi ſaeculares, quorum mentio in ſequenti fit, recurrebant poſt certum temporis ſpatium. Verum tempus anni celebrandorum illorum ex emendatione Iuliana deprehendi poterat. Primus poſt illam emendationem celebrans iſtos ludos Auguſtus Iulii emendatoris caput, vt partis quoque ſui, expreſſit. Exhibent denarium *Beger.* Th. Brand. II. p. 582. cui capita Auguſti aduerſae et auerſae lineamentis ſimillima ſunt, adeo vt ne capillorum quidem decor diuerſus ſit.) Com. de *Bentinck* Cat. II. p. 746. cum capite Caſtoris.) *d'Ennery* Cat. p. 158.) *Geſſner.* Impp. Tb. 18. fg. 8.) *Golz* in Aug. Tb. 40. fg. 29.) *Guſſeme* VI. p. 103. n. 1. cum capite Caeſaris.) *Mdb.* p. 29. Caeſaris caput.) *Morell.* Fam. p. 372. fg. 2. Caput itidem Caeſaris. *Eiuſd.* Theſ. Impp. I. Tb. 21. fgg. 29 30. p. 330) *Occo* p. 60.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 22. fg. 16.) de *Pfau* Cat. p. 84. Caput Caſtoris) *Schulz.* Numoph. I. p. 35. ſq. *Eiuſd.* MzCab. I. p. 64.) Muſ. *Theup.* p. 89. Caput Caſtoris) *Vaill.* Fam. II. p. 355. *it.* Praeſt. II. p. 25. vtrimque ad ludos Circenſes hoc numiſma pertinere ex capite Caſtoris ob ſtellam adpoſitam pertinere coniicit.) *Viſin.* per *Patin.* p. 247. fg. 2. Caput Caeſaris.) *Woltereck.* Elect. rei numar. p. 62. 63. — 2. M. SANQVINIVS P. F. III. VIR. Caput ſimile cum ſtella

Band. II. p. 505. n. 2. *it.* not. **.

SAN BAL. manir dei F delii FEI *Gr* p.

[illegible] AV- [illegible] ugusti, [illegible] 22. [illegible] eo [illegible] men [illegible] *Mo-* [illegible] ſi- [illegible] NQVI- [illegible] lau- [illegible] cum [illegible] AV- [illegible] SAE. [illegible] *Saecu-* [illegible] Salius ga- [illegible] d. cadu- [illegible] n. T. II. [illegible] *y* Cat. p. [illegible] Tb. 26. fg. [illegible] Tb. 7[illegible] fg. 9.) [illegible] fg. 1. *Einſd.* [illegible] in Aug. Tb. 21. [illegible]) *Vaill.* Fam. [illegible] caput Caſtoris, ad- [illegible] vertice, inde Fecialis [illegible], d. caduceum, [illegible] rotundum.) *Vrſin.* ib. [illegible] Salii ſimulacrum cum apice, [illegible] aduceo, cuiuſmodi in [illegible] quoque Imperatoris ar- [illegible] denario impreſſum eſt, in [illegible] ſaeculares ſexti ab eo fa- [illegible] ſunt. — 4. *Al.* ſimilis, [illegible] AVGVST. DIVI F. LVDOS SAEC. Praeco ludorum ſaecula- rium gradiens cum galea alata in capite, d. caduceum, ſ. clipeum, in quo Solis imago expreſſa cerni- tur. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 99. fg. 5. p. 491. 492. — 5. *Al.* ſed AV- GVST DIVI F. LVDOS SAEC. F. Eadem figura gradiens cum galea ala- ta, caduceo et clipeo, cui Solis ſtatuum itidem impreſſum eſt. *Ru- ben.* Num *Arſchot.* Tb. 11. fg. 1. p. 18. 19.) *Guſſeme* I. p. 325. n. 105. *it.* VI. p. 103. n. 2.) *Occo* p. 60. — 6. *Al.* ſed AVGVSTVS DIVI F. LVDOS SAE. Fecialis apice ornatus ſtans, d. caduceum, ſ. clipeum rotundum. Muſ. *Theup.* p. 89. 90. cum capite Caſtoris in adu. parte. — 7. *Al* ſed AVGV- STVS DIVI F. LVDOS SAEC. Sacerdos ſtans, d. ancile, ſ. cadu- ceum. *Mdb.* p. 36. — 8. *Al.* ſed AVGVSTVS DIVI F. LVD. SAEC. F. Figura muliebris cum peta[illegible] et caduceo Mercurii. *Mdb.* ib.

b) *Aureum.* — 9. M. SANQVI- NIVS III. VIR. Caput laureatum ſtellam crinitam ſuper caput habens.)(AVGVSTVS DIVI F. LVDOS SAEC. F. Figura muliebris galea alata in capite, d. caduceum alatum, ſ. ſceptrum. *Mdb.* p. 36.

c) *Aereos.* — 10. OB CIVIS SERVATOS. Media vox in coro- na ciuica, quam pro more vtrim- que lauri ramus ambit.)(M. SAN- QVINIVS Q. F. III. VIR. A. A. A. F. F. *Marcus Sanquinius, Quinti Filius, Triumuir Auro Argento Aere Flando Feriundo.* In area nu- mi S. C. *Senatus Conſulto.* — *Quer- nea corona* quotannis ante fores Caeſaris, ſicut et *rami laurei*, ad- pendebatur, tanquam perpetuo tri- umphatoris et ciuium ſeruatoris. Hinc *Plinio* L. XV. c. 30. edit. *Harduin.* Tom. I. p. 754. dicitur *laurus* gratiſſima domibus Caeſarum ianitrix, quae ſola et domus exor- nat, et ante limina excubat. *Dio- nis* verba L. LIII. egregie aereum hoc numiſma illuſtrant. Ab eodem M. Sanquinio, qui praecedentes de- narios cuſit, hic numus itidem ſigna- tus videtur, ſed diuerſis tempori- bus, cum non vno eodemque anno et Caeſaris et ſenatus triumuir mo- netalis eſſe potuerit. Æ 1. *Geſſner.* Impp. Tb. 20. fg. 24.) *Golz.* in Aug. Tb. 61. fg. 28.) *Guſſeme* VI. p. 103. n. 4.) *Mdb.* p. 44.) *Mo- rell.* Fam. p. 372. fg. 3.) *Occo* p. 78.) *Schulz.* Numoph. I. p. 260. *it.* MzCab. I. p. 64. 65.) Muſ. *Theup.* p. 90.) *Vaill.* Fam. l. c. — 11. *Al.* ſimilis, ſed Æ 3. *Vrſin.* Fam. per *Patin.* p. 247. fg. 3. — 12. AVGVSTVS TRIBVNIC*ia* POTEST*ate*, in corona ciuica)(M. SANQVINIVS Q. F. III. VIR. A. A. A. F. F. circa ambitum, in area S. C. litteris maiuſculis. Æ 2. *Geſſner.*

Geſſner. Impp. Tb. 24. fg. 11.) *Golz.* in Aug. Tb. 63. fg. 52.) *Guſſeme* ibid. n. 3.) *Mdb.* p. 43.) *Morell.* Fam. p. 373. fg. 4. *it.* in Aug. Tb. 31. p. 371.) *Occo* p. 78.) de *Pfau* Cat. p. 226) Muſ. *Theup.* p. 90. vbi laurea corona anticae partis inſcriptionem ambit, prout apud *Vaill.* Fam. l. c. et *Vrſinum* fg. 4. — 13. *Ead. adu.*)(M. SANQVINIVS III. VIR. A. A. A. F. F. et S. C. omiſſis Q. F. litteris. *Geſſner.* ibid.) *Golz.* in Aug. Tb. 63. fg. 50.) *Mdb.* p. 43. — 14. CAESAR AVGVSTVS TRIBVNIC. POTEST. Caput Auguſti laureatum.)(M. SANQVINIVS M. F. (*Marci Filius*) III. VIR. A. A. A. F. F. in area S. C. Æ 3. *Golz.* in Aug. Tb. 63.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 29. fg. 23. p. 615.

SANQVINIVS nomen gentile. v. *Sanquinia* g.

SANT. in ſegmento AV. Conſtant. M. *Signatus Antiochiae*, iuxta *Hemel.* Num. *Arſchot.* Tb. 51. fg. 10. — ex *Harduiniano* autem more: *Secundum Primae Narbonenſis Tributum.* Æ. Conſt. M. *Guſſeme* II. p. 306.) *Harduin.* Num. Saec. Conſtant. in Oper. Sel. p. 435. 476.

SANT. *al.* SANTO. ſub equo currente. v. *Santones* in Gallia.

Santones, ſiue *Santoni*, Galliae Aquitanicae populi, vtroque modo dicuntur; *Plinio* Santones liberi; *Ptolemaeo* Σάντωνες, perperam cum O magno, quod poetae Latini eleuant. *Santonus* autem, *Santoni*, forma altera, *Pomponii Melae* L. III. c. 2. eſt et *Lucani* L. I. vſ. 422. pluriumque poſteriorum. — 1. SANTONOS. Caput imberbe galeatum ad ſ.)(Equus decurrens ad d. inter crura globuli nouem in forma roſae poſiti. AR. 27¾ pd. *Bouteroue* p. 58.) Muſ. *Hunter.* p. 259. n. 1. — 2. SANTONOS. Caput idem.)(Typus idem, inter crura mon. [238] AR. eiuſd. ponderis. Muſ. *Hunter.* ibid. n. 2. — 3. SANTONO. Caput galeatum. AR. *d'Ennery* Catal. p. 118. n. 396. — 4. ARIVOS. Caput idem.)(SANTONOS. Equus liber currens. AR. Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 93. fg. 12. — 5. *Ead. adu.*)(SANTONOS. Equus decurrens ad d. inter crura globuli nouem, vt in primo numo. AR. 25½ pd. *Bouteroue* p. 59. fg. 1.) Muſ. *Hunter.* p. 260. n. 4. — 6. ARIVOS. Caput imberbe nudum.)(SANTONOS. Equus liber currens. AR. Muſ. *Pembrok.* ibid. fg. 9.) *d'Ennery* Cat. p. 118. n. 396.) *Guſſeme* VI. p. 270. n. 2. — 7. *Al.* ſimilis, ſed ſub equo flos. *Guſſeme* ib. n. 1. — 8. Q. DOCI. Caput imberbe galeatum.)(SANT. ſub equo currente. AR. Muſ. *Pembrok.* ib. fg. 8. — 9. Q. DOCI. Idem caput iuuenile galeatum.)(SAN (*ſic*) DOCI. Equus currens. AR 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 10. — 10. Q. DOCI. Caput idem.)(SANTO. Equus decurrens ad ſ. ſupra Q. DOCI. AR. 29¹ pd. *Bouteroue* p. 59. fg. 2.) Muſ. *Hunter.* p. 260. n. 3.

ΣΑΞΙΩΝ, *Saxiorum.* Tripus, ad d. mon. [417] infra ϤΝ fere vt mon. [252])(Caput Iouis barbatum ad d. Æ. *Geſſner.* Num. Pop. Tb. 59. fg. 7. p. 315.) *Guſſeme* VI. p. 271.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 27. fg. 9.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 111. coll. p. 77. et ex eo *Zaccaria* Iſtit. Num. p. 361.) *Haym.* Th. Brit. II. Tb. 21. fg. 2. p. 181. 182.) Lex. n. T. I. p. 1377. 1378. *it.* T. II. p. 903. *it.* T. III. P. II. p. 20. — *Al.* ſimilis, ſed loco litterarum ΕΤ. mon. [417] poſitum mon. [112] iunctis nempe ΠΤΡ litteris. *Geſſner.* ibid. n. 7*) *Haym.* l. c. Sed *Khellius* ibid. obſ. 128. non probat coniecturam, quam ex *Liebe* Goth. numar. p. 163. adſenſerat *Froelich.* l. c. velut Γ et ante Α poſitae vario modo ſpiritum lenem denotantes numos ΓΑΞΙΩΝ.

la c
GV
vt
vu
n
...nibus,
...o non
...ab *Ari-*
...ducto, cum
...ram diſpoſi
...monogrammate,
... Colonia eſſe
...*Freſus* Oaxi
..., ſed vbi gentium
... feliciores.

... fluuius, *Ptolemaeo* Σα-
..., fontes haber prope
..., et totam fere Meſopota-
...m diuidit. *Cellar.* Notit. Orb.
... II. p. 610. — Depingitur na-
...ans in n. Singarae. *Gusſeme* VI. p.
103. 216. n. 3.

ϹΑ. ΟΘΩΝΟϹ ΚΑΙϹ. ϹΕΒΑϹΤΟΥ, *Salui Othonis Caeſaris Auguſti*. n. Caeſareae in Cappadocia. Lex. n. Tom. I. P. II. p. 148.) *Morell.* in Othone Tb. 2. fg. 2. Tom. II. Impp. p. ...) *Patin.* Impp. p. 130.

ϹΑ. ΟΥΑΛΕΡΙΑΝΟϹ ϹΕΒ. *Saloninus Valerianus Auguſtus.* Æ. max. Salonini ab Alexandrinis Aegypti. *d'Ennery* Cat. p. 304.

ϹΑΟΥΑΤΡΕΩΝ, *Sauatrenſium* in finibus Iſauriae. vid. *Sauatra* in Anton. Pio *Eckhel.* Cat. I. p. 208) *Froelich.* 4. Tent. p. 192.) *Geſſner.* Impp. Tb. 103. fg. 14.

Ϲ. ΑΠ. Στρατηγῦ Ἀππίυ, *Praetore Appio.* — ΕΠ. Ϲ. ΑΠ. ΚΑϹϹΑΝΔΡΟΥ, *Sub Praetore Appio Caſſandro.* n. Pitanaeorum Aeolidis. *Geſſner.* Num. Pop. p. 311.) *Harduin.* Num. Pop. p. 406. vel Oper. Sel. p. 138.

SAPIENS, *Sapiens*, cognomen gentis Laeliae. Lex. n. T. II. P. II. p. 1416. 1417. n. 2.

Sapientia, cuius ſymbolum apis, ob multiplicem induſtriam. *Spanhem.* Pr. I. p. 170. — *it.* noctua. vid. *Noctua*, Lex. n. Tom. III. p. 1564 ſq.

— et artes pace vigent. v. MINERVA PACIFERA, cum typo Palladis ramuſculum tenentis. n. Albini, *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 52. fg. 23. p. 80.) Lex. n. T. III. p. 735. vbi pluribus.

Sapientiae ſtudium in Hadriano. Mineraa ſt. cum clipeo et haſta, addita epigr. COS III. *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 37. fg. 20. p. 58. — *it.* in M. Aurelio. Pallas eodem habitu cum epigr. TR POT. COS. II. *Ruben.* ib. Tb. 45. fg. 8. p. 71. — *it.* in Commodo, vbi Pallas pateram tenens ſacrificat, c. ep. IMP. III. COS. II. P. P. *Ruben.* ib. Tb. 51. fg. 4. p. 77.

SAPIENTIA PRINCIPIS. Noctua baſi impoſita inter clipeum, haſtam et galeam, infra RS)(IMP. LICINIVS P. F. AVG Caput eius nudum, ad humeros Æ 3. Licinii Sen. *Band.* II. p. 192. not. 2.) *Guſſeme* IV. p. 312. n. 33. *it.* VI. p. 104.) *Vaill.* Pr. I. p. 288.

— PRINCIPIS Noctua inſiſtens cippo, ad cuius tranſuerſum haſta pura, hinc clipeus, inde corolla. Æ. Conſtantini M. *Angelon.* p. 371. n. 13.) *Ant. Auguſtin.* Dial. ſub fin.) *Guſſeme* VI. p. 104.) *Occo* p. 534. — *Ead. epigr.* Ara ſuper binis gradibus, ſupra quam noctua, in eius medio haſta tranſuerſa, ex qua pendent galea et clipeus.)(IMP. CONSTANTINVS P. F. AVG. Caput eius nudum. Æ 4. Rr. *Cimel. Vindob.* I. p. 147.) *Eckhel.* Cat. II. p. 476.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 184. — *Al.* ſed in imo AS. Æ 3. *Mdb.* p. 460.) *Muſell.* Impp. Tb. 247. fg. 3. p. 308.) *Patin.* Impp. p. 465. fg. 4.) *Triſtan.* III. p. 552. — *Al.* infra OP.)(*Ead.* Æ 3. Muſ. *Theup.* p. 336. — *Al.*

Al. infra PR. Æ 3. Rr. *Band.* II. p. 280. not.) *Beger.* Th. Br. II. p. 804.) *Vaill.* Pr. I. p. 296. — *Al.* ſed in imo RP.)(*Eadem.* *Band.* II. p. 280. vel Æ 4. de *Pfau* Cat. p. 553. — *Al.* cum RS in ima parte. Æ 3. *Band.* ib.) *Harduin.* Num. Saec. Conſt. in Oper. Sel. p. 476. — *Al.* cum RT. in imo, eodem typo vtraque ex parte. *Band.* ibid.

SAPIENTIA PRINCIPIS. Typo omiſſo.)(IMP. EVGENIVS P. F. AVG. Æ 3. Eugenii. Lex. n. T. II. p. 808. n. 21.) *Band.* II. p. 525. not 3.) *Guſſeme* III. p. 185. n. 4. it. VI. p. 104.) *Mdb.* p. 520.

SAPIENTIA in cippo, cui noctua inſiſtit, adiacentibus hinc galea, inde clipeo et haſta, in ambitu numi PRINCIPIS PROVIDENTISSIMI, in exergo PARL. *Percuſſus Arelate.*)(CONSTANTINVS P. F. AVG. Caput Conſt. M. laureatum, ad humeros. AV. Rr. Conſt. M. *Band.* II. p. 247.) *Beger.* Th. Br. II. p. 804.) *Bonarrot.* Num. Carpin. p. 50.) *Guſſeme* V. p. 537. VI. p. 104.) *Mdb.* p. 460.) *Seguin.* Sel. Num. p. 138.) *Spanhem.* Pr. I. p. 167.) *Vaill.* Pr. III. p. 90. 91. — *Al.* ſimilis AV. ſed canem in columnam impoſuit *Ducangius* Fam. Byz. Tb. 3. p. 17. 18. et ex eo *Band.* II. p. 213. coll. p. 247. not. 3. quod peſſimo conſilio factum fuiſſe tibi velim perſuadeas. — *Al.* AV. ſed SARL. cum noctua etc. in imo *Signatus Arelate.* *Band.* II. p. 247.) *Patin.* Impp. p. 466. — *Al.* AV. ſed infra SANT. *Signatus Antiochiae.* *Hemelar.* Num. *Arſchot.* Tb. 51. fg. 10. p. 184.) *Guſſeme* II. p. 306. — *Al.* AV. ſed TARL. *Arelate* in officina *Tertia*, in ima parte. *Harduin.* Num. Saec. Conſtant. in Oper. Sel. p. 476. cui *Tertium Arelatenſium* tributum. — *Al.* AV. ſed TRAL. in exergo. *Band.* II. p. 247. — *Al.* ſimilis eodem typo vtraque ex parte, ſed infra PARL. AR. Rr. *Band.* II. p. 253.) *Mdb.* p. 460.) *Vaill.* Pr. III. p. 90. 91. — *Al.* AR. ſed SARL. in tegmento. *Ruben.* Num. *Arſchot* Tb. 65. fgg. 9. 10. p. 98.) *Band.* ibid.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 62. fg. 4. p. 358.) *Triſtan.* III. p. 552.

SAPIENTIAE NOSTRI PRINCIPIS. Typo omiſſo.)(IMP. C. CONSTANTIVS P. F. AVG. *Band.* II. p. 394. not. 3. Numum hunc Æ. rariſſimum *Mediobarbus* p. 489. e *Golzii* Theſauro 9. exſcripſit et Conſtantio Iuniori contribuit, ſed aut Conſtantii Chlori iuxta *Guſſeme* VI. p. 103. aut ſane Conſtantini M. eſſe videtur; nullus enim numus Conſtantii Iun. cum hac epigraphe capitis hactenus prodiit.

SAPIENTIAE PRINCIPIS. Noctua cippo inſiſtens, additis haſta, galea, clipeo. Æ 3. Conſtant. M. *d'Ennery* Cat. p. 638.

C. ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ, Στρατηγῦ Ἀπολλωνίυ, *Praetore Apollonio.* — ЄΠ. C. ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ, *Sub Pr. Apollonio.* Æ max. Caracallae a Smyrnaeis. Muſ. *Arigoni* II. Tb. 6. fg. 18.

Sapor, Perſarum Rex notiſſimus cladibus ab Impp. Romanis acceptis et illatis, maxime tamen inſignis victoria de Valeriano Imperatore parta, quem bello captum tam miſere habuit, vt quoties currum conſcenderet, eius humeris pedibus inniteretur.

Sappho inſignis poetria. Ferunt nonnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarum vna *Ereſia* fuit, eodemque tempore floruit, quo Tarquinius Priſcus Romae regnauit. Ea plectrum prima iuuenit, maritum habuit Cerſylam, ditiſſimum virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit, *Clio* nomine. Scripſit lyricorum libros nouem, praeterea epigrammata, elegias, iambos, et monodia; carmini Sapphico, cuius inuentrix fuit, dedit nomen. *Haym.* Th. Br. I. p. 145.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ΣΑΡ. litteris monogrammate [439] nexis, eiuſdem populi nomen. *Froelich* Explic. Monogr. Tb. 20. fg. 54. p. 158. — *Al.*

— Σάρδις, *Sardis.* — ΣΑΡ. ΠΡ. Σάρδ: Πρώτη, *Sardis Prima*, vrbs Maeoniae in Lydia. *Froelich.* Not. Com. Gr. p. 154.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 99. 150.) *Spanhem.* Pr. I. p. 124.) Lex. n. T. III. p. 77.

— vid. *Sides* Pamphyliae. Muſ. *Hunter.* Tb. 49. fg. 8. p. 270.

SAR. *Signata Arelate*, ſubſignatio nummorum Licinii Sen. *Band.* II. p. 10?. it. Helenae; *it.* Magnentii. *Eckhel.* Cat. II. p. 499. *al.* SAR. *L. ibid.* p. 500. n. 24.

— —, ſtella intermedia, in imo n. Helenae. *Vaill.* Pr. I. p. 267. — n. Criſpi. *Band.* II. p. 317.

Sara cum marito Abrahamo an in nummo Talmudico? *Liebe* Goth. Num. p. 112.) *Spanhem.* Pr. I. p. 12.) *Tychſen* die Unächtheit der Jüdiſchen Münzen p. 13.

Saraceni ab Aureliano deuicti. *Vaill.* Pr. III. p. 26. — de eorum nummis *Bimard.* ad *Jobert.* I. p. 328.) Com. de *Bentinck* Cat. II. p. 1119.

Saragoſſa. vid. *Caeſar Auguſta*, vel initiales C. C. A. Lex. n. T. I P. II. p. 122 ſqq.) Com. de *Bentinck* Cat. II. p. 948.

SARAN. *Saranus* in denario g. Aeliae *Geſſner.* Fam. Tb. 4. fg. 72.) *Ludov* Num. p. 50.) *Morell.* Fam. p. 38.) *Spanhem.* Pr. II. p. 153.) Muſ. *Theup.* p. 13.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 24.) Lex. n. T. I. p. 1252. — In aliis eiuſd. gentis ſcriptum offendimus idem cognomen SAR. — SERRAN. — et SERRAN. v. *ſuis locis.*

ΣΑΡΑΠΙ. ΣΜΥΡ. Tripus.)(Caput imberbe laur. Æ 3. Smyrnaeorum. Muſ. *Hunter.* p. 284. n. 128.

SARAPI COMITI AVG. Figura ſeminuda (Serapis) capite calathum gerens, d. haſtam.)(IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Caput Poſtumi Sen. AV. *Band.* I. p. 289.) *Guſſeme* V. p. 491 n. 100. — *Al.* ſimilis, ſed AR. eiuſd. *Band.* II. p. 296.) *Goeck.* Num. p. 225.) *Gronov.* in *Ammian. Marcell.* T. 4. n. 4.) *Ludovic.* Num. p. 299.) *Schulz* MzCab. III. p. 27.) *Sulzer.* Num. p. 334.) Muſ. *Theup.* p. 277. — *Al.* eodem typo vtraque ex parte, ſed Æ 3. *Band.* II. p. 308. not. 6.) *Beger.* Th. Br. II. p. 751.) *Sulzer.* Num. p. 337. — *Ead. epigr.* idemque Serapidis typus, ad cuius pedes prora nauis. AR. eiuſd. *Band* II. p. 296. — *Al.* cum prora pro pedibus. Æ 3. *Band.* II. p. 308. — *Al.* abſque nauis prora.)(IMP. C. POSTVMVS PIVS F. AVG. Caput illius radiat. AR. *Harduin.* Oper. Sel. p. 857. — *Al.* ſine prora ad pedes Serapidis.)(IMP. CAES. POSTVMVS P. F. AVG. Caput ſimile. AR. *Band.* II. p. 296. — *Al.*

SARAPIDI COMITI AVG. Idem typus Serapidis cum prora nauis pro pedibus.)(IMP. C. POSTVMVS P. F. AVG. Caput rad. Æ 3. Poſtumi Sen. *Band.* II. p. 308.) *Guſſeme* V. p. 491. n. 100.

— CONSERV. AVG. Serapis ſt. cum calatho, d. elata. n. Commodi. *Mdb.* p. 252.) *Patin.* Theſaur.

— vid. DEO SARAPIDI. Caput turritum, quale in Poſtumis.)(IMP. DIOCLETIANVS AVG. Huius caput. Æ. Diocletiani. *Occo* p. 513. — DEO SARAPIDI in numis Iuliani Apoſt. cf. Lex. n. T. II. p. 146. 147. Sic DEO SARAPIDI. Caput Serapidis vel Iuliani ſub Serapidis ſpecie, ad pectus cum paludamento, d. elata.)(VOTA PVBLICA. Duae figurae muliebres paludatae ſtantes ex aduerſo, altera manu iuncta, altera elata ſiſtrum

vt videtur, ſtola volitante, vtriuſque capiti ſerpens inſidet. Æ 3. Iuliani. *Band.* II. p. 437. — DEO SARAPIDI. Caput Serapidis.)(VOTA PVBLICA. Iſis naui inſiſtens velum explicat. Æ 3. eiuſd. *Band.* II. p. 435. 436.) *Eckhel.* Cat. II. p. 505. n. 70.) Muſ. *Arigoni* I. Num. Deor Tb. 1. fg. 1. — DEO SARAPIDI. Caput radiat. cum modio.)(VOTA PVBLICA. Figura ſt. d. ramum, ſ. icunculam. Æ. Muſ. *Pembrock.* III. Tb. 84. fg. 2. — *Ead. adu.*)(VOTA PVBLICA. Mulier ſedens puerulum in ſinu fouet. Æ 3 *ibid.* III. Tb. 59. fg. 3. — DEO SARAPIDI. Capita Serapidis cum modio et Iſidis cum loto.)(VOTA PVBLICA. Duae figurae muliebres aduerſae ſtantes, vt ſupra. Æ 2. *ibid.* Tb. 59. fg. 4. — *Al.* ſimilis, ſed Æ 3. Iuliani. *Band.* II. p. 437. — *Ead. adu.*)(VOTA PVBLICA. Figura muliebris cum modio ſt. d. elata et expanſa, ſ. geſtat globum. Æ 3. *Band.* ibid. not. 4. cui Iſis videtur.

Σαράπιδι vid. ΣΑ. Lex. n. T. IV. p. 1453.

ΣΑΡΑΠΙΣ, *Sarapis*, de qua denominatione *Harduin.* Oper. Sel. p. 58. 127 128. — Caput Serapidis, cui impoſitus calathus, ſine columella, ad pectus ornatum chlamyde, in area L. Γ. *Anno Tertio* ΑΥΤΟΚ. ΤΙΤΟΣ. ΚΑΙ. ΟΥΕΣΠΑΣΙΑΝΟΥ ΥΙΟΣ ΣΕΒ. *Imp. Titus Caeſar Veſpaſiani Filius Auguſtus* Caput Titi laur. Æ 2. Titi ab Aegyptiis. *Moreil.* Specim. rei numar. Tb. 16 p. 165. 166. *Eiuſd.* Theſ. Impp. II. in Tito Tb. 14. fg. 6. p. 391.) Lex. n. T. I. p. 345. n. 8.

— V. ΣΕΥΣ (*ſic* pro ΖΕΥΣ) ΣΑΡΑΠΙΣ, *Iupiter Serapis.* n. Veſpaſ. *Spanheim.* Pr. I. p. 75. — ΖΕΥΣ ΣΑΡΑΠΙΣ L. ΕΝΑΤ. *Iupiter Serapis, Anno Nono.* n. Veſpaſ. Lex. n. T. I. p. 343. n. 25.

Sarap's et *Serapis* iuxta numos et inſcriptiones Latinas legitur. v. *Serapis.* *Vaill.* C 194.

ΣΑ ЯΑΤ. *retrograde* ΤΑΡ. Tarenti. Muſ. *Hunter.* Tb. p. 305. vid. *Tarentum.*

Seleucidarum Syriae Regum varius ac incertus apud chronologos numerus. Viginti ſex ex iis, a primo Seleuco ad vltimum Antiochum *Aſiaticum*, inſerto Tigrane, ſignati in antiquis, qui adhuc ſuperſunt numis; vnus vero Seleuci V. numus deeſt. Eorumdem Regum poſteriorum hiſtoria mutila et confuſa apud veteres ſcriptores, ac e numis ſupplenda. conf. Seleucidarum imperium ſiue hiſtoria Regum Syriae ad fidem numiſmatum accommodata per *I. Foy - Vaillant*. Pariſ. 1681. 4. Editio ſecunda, nitidior et emendatior Hagae Comitum 1732. fol.) Annales compendiarii Regum, et rerum Syriae, numis veteribus illuſtrati, deducti ab obitu Alexandri M. ad Cn. Pompeii in Syriam aduentum, cum amplis prolegomenis conſcripti ab *Eraſmo Froelich*. Editio altera, cui acceſſere notae compendiariae et monogrammata numiſmatum Graecorum. Viennae 1754. fol. Quo in opere plurimi Regum Syriae numi exſtant delineati aut ſaltem deſcripti; ii vero, qui in margine notantur: *Noſter*, depromti fuerunt ex muſeo *Granelliano*, quod poſtea cum muſeo Caeſareo Vindobonenſi vnitum fuit, vt dictum eſt in hiſtoria huius muſei, catalogis ab *Eckhelio* editis praefixa.) *Geſſner.* Num. Regum Syriae Tbb. 1. ad 7. p. 37 ad 57. *idemque* in Supplem. Regum Tbb. 2. 3. 4.) *Haym.* Th. Br. I. p. 25 ad 113. *Eiuſdem* Tom. II. p. 19 ad 26. — Praeter hos Seleucidarum Regum quoſdam numos ſiſtunt: *Beger.* Theſ. Brand. I. p. 251 ſq.) C. de. *Bentinck* Cat. I. p. 42 ad 55.) *Eckhel.* Num. Vet. p. 277. 278. Tb. 15. fg. 5. 6. 7. *idemque* Cat. Muſ. Caeſ. Vindob. I. p. 210 ſq.) *d'Ennery* Catal. p. 9. 21. ad 27. 47 ad 50.) *Froelich.* Notit. Elem. p. 167 ad 173. Tb. 13.) *Glock.* Num. p. 14 ad 16.) *Gusſeme* Diccionario *ſuis locis.*) *Hantbaler*, Exercit. IV. p. 177.) *Harduin.* Chronol. Veteris Teſt. in Oper. Sel. p. 581 ſq.) *Liebe* Goth. numar. p. 7. 8. 108 ad 120.) *Ludovic.* Num. p. 3 ad 6.) *Molan.* Num. p. 5. 6.) *Muſell.* Num. Reg. Tbb. 5. 6. *idemque* Supplem. Reg. Tb. 1.) *Pellerin* Rec. de Rois I. p. 71 ſq.) Muſ. *Pembrok.* II. Tbb. 60 ad 63.) de *Pfau* Catal. p. 16. 17. 18. 24 ad 31.) de *Schachmann* Cat. raiſ. p. 5. ad 7.) *Seguin.* Sel. Num. p. 105.) *Spanhem.* Pr. I. p. 406 ſq.) *idemque* Epiſt. II. ad *Begerum.*) Muſ. *Theup.* p. 1225 ad 1240.) Com. de *Thott.* Theſ. Num. p. 183 ad 186.) *Wachter.* Archaeolog. numar. p. 68.) de *Wilde* Sel. Num. p. 32 ad 41. Tbb. 4. 5.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 1 ad 4. 114. 115. 255. Tb. 2.

Seleucidae Reges in Syria iuxta chronologicam eorum ſeriem.	Init anno ante Chriſtum.	Reg. ann.
Seleucus I. Nicator	312	32
Antiochus I. Soter, Seleuci filius	281	19
Antiochus II. Θεὸς, filius Soteris	262	15
Seleucus II. Callinicus, Antiochi Θεοῦ filius	247	20
Seleucus III. Ceraunus, Callinici filius	227	3
Antiochus III. Magnus, Cerauni filius	224	36
Achaeus Tyrannus, in Aſia ſibi regnum format	219	5
Seleucus IV. Philopator, Antiochi Magni filius	188	12
Antiochus IV. Epiphanes, Antiochi M. filius	176	11
Antiochus V. Eupator, Epiphanis filius	164	2
Demetrius I. Soter, Seleuci Philopatoris filius	162	11
Alexander I. Bala, Antiochi Epiphanis filius	141	5
Demetrius II. Nicator, Demetrii Soteris filius	146	5
Tryphon Autocrator, ſeu Diodotus, Tyrannus	141	2
Antiochus VI Sidetes, Demetrii Soteris filius	139	9
Demetrius II. iterum	129	4
Alexander II. Zebina, in ſtirpem Seleucidarum inſertus	127	6
Seleucus V. Demetrii II. e Cleopatria Aegyptia filius	125	1
Antiochus VII. (reipſa VIII) Grypus, Demetr. II. fil.	124	12
Antiochus VIII. Cyzicenus, Antiochi Sidetis fil.	113	18
Seleucus VI. Grypi filius	96	1
Antiochus IX. Euſebes, Antiochi Cyziceni filius	95	1
Philippus Antiochi Grypi filius	94	Omnes tres ſi-
Demetrius III. Grypi filius		mul an-
Tigranes, a Syris electus		nis
Antiochus Aſiaticus, Euſebis filius	68	19

Aliam eorumdem ſeriem vulgauit *Harduinus* in Chronologia Veteris teſtamenti, in Oper. Sel. p. 582. 598. vbi omnem Syriae Regum chronologiam et genealogicum ordinem reformare adgreſſus eſt, cuius vero ſyſtema refellitur a *Froelichio* in Prolegom. ad Annal. Syr. P. IV. c. 2. p. 55 ſq.

SELEV-

tiochus III. ΜΕΓΑΣ, Syr. Rex VI.

IV. ΘΕΟΣ ΕΠΙΦΑΝΗΣ. S. R. VIII.

ΠΑΤΩΡ,

Alexander I. ΘΕΟΠΑΤΩΡ ΕΥΕΡΓΕΤΗΣ, vulgo *Bala*, Syriae Rex XI.

s VI. ΘΕΟΣ Σ ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ, Rex XIII.

Triphon Syriae Rex XIV.

III.

ΟΣ, XXIII.

Demetrius III. ΦΙΛΟΜΗΤΩΡ, vulgo *Eucaerus*, S. R. XXIV.

Antiochus XII. ΕΠΙΦΑΝΗΣ ΔΙΟΝΥΣΟΣ, Syriae Rex XXV.

De aera

aera Seleucidarum *Noriſius*
chis et annis Syro-Macedon.
ſq.

nitio et fine regni Syriaci,
poſtremis e ſtirpe Seleucida-
gibus *Froelich.* proleg An-
r. P. IV. c. 6. p. 68 ſq.

cidarum aerae concordiam
ıis in libris Maccabaeorum
ſ, vt vno velut intuitu con-
dam proponeret *Froelichius*.
em tabellam confecit, in qua
parte anni omnes at Regum
hiſtoriam facientes, ordine
ntur, quorum in libris illis fit mentio; altera ex parte annorum numeri exhibentur numis Syriae Regum inſculpti; *aſteriſco* notati numeri in *Vaillantii* opere de Seleucidarum imperio, non habentur. Numiſmatum porro anni, vltra tempora a Macchabaeis ſcriptoribus conſignata excurrentes, ad aliorum deinde ſcriptorum chronologiam emendandam proſunt. Anni, in numis ſignati, initium ſumunt ab autumno, vti in libro II. Macchabaeorum; at in libro I. annus a vere praecedente inchoatur. Media huius tabellae columna Regum nomina veroſque titulos exhibet, quorum chronologica in numis aeque ac libris fit mentio.

orum notae in numis.	Regum nomina ac tituli.	Annorum numeri in libris Mac.
17.	Antiochus III. Magnus.	Huius *Antiochi* et *Seleuci* fit mentio, etſi ſine anni nota, tanquam deceſſorum Antiochi IV. in L. I. c. 8. et L. II. c. 3.
*37.	Seleucus IV. Philopator.	
45. *147.	Antiochus IV. Θεὸς Epiphanes.	137. 143. 145. 147. varia eius acta. Moritur 148. L. II. c. 11. qui eſt Iudaeis an. iam 149. L. I. c. 6.
	Antiochus V. Eupator	Adit regnum 148. ſeu Iudaico 149. Necatur 150. ſeu Iudaico 151. L. II. c. 13. et L. I. c. 7.
154. 158. 159. 1. 162.	Demetrius I. Θεὸς Philopator Soter.	Adit regnum 150. ſeu Iudaico 151. L. I. c. 7. Perit 162. vt colligitur ex L. I. c. 10.
164. *165.	Alexander I. Theopator Euergetes.	Primum Ptolemaide regulum agit 160. L. I. c. 10. Adit Syriae regnum 162. *ibid.* Necatur 166. ſeu Iudaico 167. L. I. c. 11.
*169. 170. *171.	Demetrius II. Θεὸς Philadelphus Nicator.	Adit proprie regnum, Syriae 167. L. I. c. 11. Deinde varia eius acta 169.

Annorum notae in numis.	Regum nomina ac tituli.	Annorum nume libris Mac
		169. 170. 172. H no in Mediam ab inde capitur; ſe dicitur eodem an ptus L. I. c. 14.
* * 168. 170.	Antiochus VI. (vel VII.) Epiphanes Dionyſus Adoleſcentulus.	Regni partem poſt 167. vti col ex L. I. c. 11. N 170. L. I. c. 13.
	Tryphon Autocrator Tyrannus.	Loco Antiochi leſcentis regni p vſurpat 170. L. I.
* 162. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. * * 182. 183. 184.	Antiochus VII. (vel VI.) Euergetes, vulgo Sidetes.	Capto Demetri tre regnum propr 174. L. I. c. 15. N circa 186. vti col ex L. II. c. 1.
* * 180. 181. (Hi numi in captiui adhuc memoriam cuſi.) * * 183. 184. 185. 186. 187.	Demetrius II. e captiuitate redux.	Videtur regnum fratre Antiocho p eſſe, vt in Ann et prolegomenis *Froelichius*.
184. 185. 187.	Alexander II. vulgo Zebina, regnauit in parte vna Syriae in altera Demetrius II.	Macchabaeorum ſtoria nihil vltra tiochi Euergetis commemorat.
* * * * 174. 175. 184. 186.	Cleopatra trium Regum vxor, mater Antiochi VIII. et Antiochi IX.	
187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 197. * * * * * 198. 199. 200. 201. 205. * * 206. 212.	Antiochus VIII. Epiphanes, vulgo Grypus, cum Cleopatra matre vſque ad 191. deinde ſolus in parte Syriae poſterioribus annis.	
* * * * 199. 200. 201. 203. * 205.	Antiochus IX. Philopator.	
193. 194. 207. 210. 211. 218. 219. 220. 221. 223. 226. 227. 228. 230. 231. 236. 237. 238. 241. 243. 249.	Antiocho VIII. et IX. inter ſe litigantibus, comparere incipiunt Vrbium liberarum Syriae numi, ſine Regis vultu, attamen annorum notis inſignes, quorum aliquae ad proprias vrbium epochas exigendae ſunt.	

hac tabella, quantum inuenti
ac tempora numi conſuadent,
quiſque facile obſeruat: nu-
Legum Seleucidarum, epochae
inſignes, primum ſub Antio-
II. Magno, ac poſtremo ſub
chis VIII. et IX. comparere.
ei probabilem rationem dedit
ch. in Prolegom. ad Annal.
?. III. c. 2. p. 39. inquiens:
um Syriae numiſmata, quae
ae charactere inſignis vidi,
omnino vel in Phoenicia, Tyri
mum, ac Sidone, ſignata eſſe
laui, vel pauca quaedam Apa-
in Coeleſyria, aut Cyrrhi in
eſtica regione percuſſa profe-
r. Oſtendimus autem in An-
is noſtris, Phoeniciam ac Coe-
m vſque ad Antiochi III. tem-
Ptolemaeis Aegypti Regibus
bnoxias fuiſſe; porro ſubinde
ho VIII. et IX. fraternas lites
lia bella inchoantibus, Phoe-
in primis, ac Coeleſyriae
aliam poſt aliam ſeſe in liber-
vindicaſſe. Id pugnantes tum
e Reges aut cogebantur diffi-
:, aut ipſi vltro potentiores
priuilegiis, ac immunitatibus
int, vt eaſdem ſuis partibus
erent. Id aperto eſt itaque
cur ante Antiochi III, et
ntiochorum VIII. et IX. tem-
umos Regum epocha notatos
leprehendamus; quia vrbes
quibus epochas numis inſcri-
oilemne erat, iſtis dumtaxat,
inter hos intercedebant, Re-
parebant. Potuit tamen etiam
os, Seleucidarum annos nu-
nſculpendi, primum ſub An-
) III. Magno introduci.

eucidarum Regum numiſmata
iuntur ex *auro argento* et *aere*
Aureae horum Regum mo-
rariſſimae ſunt, argenteae maio-
arae, minores ex argento ra-
, aereae ſatis frequentes oc-
nt, exceptis Antiochi X. et
ipue Demetri III. quae ſunt
mae. *Froelich.* Notit. Elem.
.) *Liebe* Goth numar. p. 7.)
ſche Lex. Num. T. IV. P. 2.

Vaillant. Hiſtor. Seleucid. in prae-
fat. — In eorumdem Regum nu-
mis variae occurrunt litterae, ſiue
monogrammate colligatae, ſiue ſin-
gulae vel binae, quarum ſignifica-
tio etiamnum Oedipo opus habet.
Froelich. in prolegom. Annal. Syr.
p. 55.

Seleucidis. vid. *Apamea* Syriae
Tetrapolis. Lex. n. T. I. p. 912
ad 916.) Com. de *Bentinck.* Sup-
plem. p. 201.

— v. *Nicopolis* Seleucidis. n.
Commodi, Sept. Seueri. Lex. n.
T. III. p. 1509. 1510.

Seleucis, Σελευκὶς, regio Syriae
nobiliſſima, ab vrbe Seleucia in Pie-
ria nomen accepit; non paruis fini-
bus concluſa, vt *Ptolemaeus* circum
ſcripſit, ſed ampla, et vſque ad
Phoenicen in auſtrum ſe exten-
dens, vt Caſiotidem quoque *Pto-
lemaei* comprehendat. De hac re-
gione *Strabo* L. XVI. p. 516. „*Se-
leucis* eſt dictarum (Syriae) partium
praeſtantiſſima, quae et Τετράπολις,
Tetrapolis vocitatur a quatuor ante
alias (ſunt enim plures etiam) ciui-
tatibus claris ac illuſtribus; quae
ſunt *Antiochia* apud Daphnen, *Se-
leucia* in Pieria, *Apamea* et *Laodi-
cea.* Addit idem has quatuor fuiſſe
ἀδελφὰς ἀλλήλων, *ſorores* dictas, pro-
pter concordiam. Vnum etiam aucto-
rem habuerunt, Seleucum nempe
Nicatorem, Syriae Regem. *Cellar.*
Notit. Orb. Ant. II. p. 346.

Seleucis I. et *Pieria*, *Fratres
Populi.* vid. Seleucia Pieriae inter
Autonomos. — Caput Iouis laur.
)(ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ. *Fratrum Po-
pulorum.* Fulmen, in area ΔΞΡ.
Anni 164. nota Η. et mon. [100 et
347] omnia in laurea corona. Æ
2. Com. de *Bentinck* Supplem. II.
p. 33. fg. 35. aeri inciſus; *Eiuſd.*
Cat. II. p. 1056. 1057. ſed erronee
ΔΞΡ. ſcriptum. — 2. Caput idem.
)(*Ead. epigr.* Fulmen, ΕΞΡ. 165.
in area Ε. et monogramma; omnia

intra lauream. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. Vindob. I. p. 221. n. 1. — 3. Caput. Apollinis laur.)(*Ead epigr.* Tripus, ΕΞΡ. et mon. [345 et 450] Æ 3. Com. de *Bentinck.* Cat. II. p. 1057. — 4. Caput Dianae laureatum prominente retro pharetra.)(*Ead. epigr.* Tripus. ΕΞΡ. duo monogrammata; omnia intra lauream. Æ 3. *Eckhel* ib. n. 2. — 5. Caput ſimile.)(*Ead. epigr.* videlicet ΑΔΕΛΦΩΝ ΔΗΜΩΝ. ΕΠΡ. 185. Mulier ſt. d. coronam, ſ. cornucopiae. Æ. 2. *Eckhel.* ib. n. 3.

Seleucus, Rex Sauromata Boſpori Cimmerii ab ao. V. C. 321. per annos quatuor. *Haym.* Theſ. Brit. II. p. 64.

Seleucus I. *Nicator*, Seleucidarum aerae et imperii fundator exſtitit Olymp. 117. ante Chr. 312. aerae Seleuc. 1. — Apollinis filium ſe praedicabat, ſed Antiochi, clari inter Philippi duces filius fuit, Perdicca, Antipatro, Cratero, Eumene, Caſſandro filiiſque eius, Antigono filioque Demetrio Poliorcete, et Lyſimacho oppreſſis et exſtructis, Babylonia recuperata, aerae Seleucidarum conditor, Syriae et Aſiae Rex ao. 12. a quatuor et viginti victoriis dictus Νικάτωρ, *Nicator*, teſtibus, *Strabone, Porphyrio*, *Appiano* Syriac c. 124. Ab aliis vero cognominatus Νικάνωρ, *Nicanor.* Lex. n. T. III. p. 1421. 1518. — Ob ſingulare in alendis elephantibus ſtudium per contemtum Ἐλεφαντάρχης, *elephantum magiſter*, adpellatus. *Spanhem.* Pr. I. p. 438. — Fundatum ab eo vaſtiſſimum imperium, ſtructas nobiliſſimas vrbes Alexandrias, Antiochias, Laodiceas, Apameam, Seleucias, Edeſſam, Beroeam, Pellam, raram in filium Antiochum, Soterem cognomine, indulgentiam, cui, occulto amore deperienti, Stratonicam, vxorem ipſius tertiam, conceſſit in coniugium cum parte Orientis, aliaque ipſius domi foriſque praeclare geſta ex *Appiano*, *Iu*[ſtino], *Diodoro*, *Plutarcho*, *Ioſeph*[o] aliiſque congeſta videas in *Vai*[llan]*tii* Hiſtor. Seleucid. p. 1. ſqq. — Regnat annos 32. *Froelich* in An[]nal. Syr. p. 12 ſqq. *idemque* Prolegom. p. 49 50. 53. 54.) *Vai*[llant] l. c. — Adſerit quidem *Hardui*[n] Chronol. Vet. Teſt. in Oper. S[] p. 582. hunc Seleucum annis 5[] regnum tenuiſſe propterea, quod huius Seleuci numo deprehendiſ[] litteras ΔΝ. quae valore numeri[] 54. indicant, vnde conficitur, [] aera Seleucidarum totidem ann[] Seleucum imperaſſe; Pariter legi[] in Hiſtoire de l'Acad. des Inſc[] Tom. VII. diſſertation de Mr. [] la *Nauze* ſur la durée du regne [] Seleucus Nicator, in qua *itide*[m] adſeritur, Seleucum hunc quinquaginta amplius annis, ab aera Seleucidarum inchoando, praefuiſ[] regno. Amborum tamen ſente[n]tiam refellit *Froelich.* proleg. An[]nal. Syr. p. 57 ad 64. — A Ptolemaeo Ceranno per inſidias circumuento et occiſo, ei tanquam heroi templum Nicatorium eſt exſtructum et conſecratum, referente *Wildio* Sel. Num. p. 32. ex *Ar*[]*riano* L. VII.

a) *Aurei Seleuci I. Nicatoris nu*[]*mi.* — 1. Caput Palladis galeatu[m] ad d.)(ΣΕΛΕΥΚ... Victoria ſtans d. extenſa, ſ. ſceptrum cum tridente. *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 15 fg. 5. p. 277. „Seleuco I. inquit, elegantem hunc numum tuto tribuendum cenſeo, cum quod ſolum Seleuci nomen praefert, diſſimulato adhuc Regis titulo, quo Alexandri duces primum abſtinuiſſe conſtat, tum quod ſimillimus eſt tam forma, quam typo numis aureis Alexandri M. quod ipſum adeo adfectaſſe videtur Seleucus. Repetit numi iconiſmum *Geſſner.* Num. Reg. Syria[e] Supplement. Tb 2. fg. 38. — 2. Caput Regis adſtituto ſupra aurem cornu ad ſ.)(... ΣΕΛΕ... (li-teris ſat barbaris)· Ca[] nutum. infr.

3. Editus ab *Eckhel.* Catal. Muſ. Caeſ. Vindob. I. Tb. 4. fg. 9. p. 210.) *Geſſner.* Num. Reg. Syr. Supplem. Tb. 2. fg. 37. — 3. Idem caput diadematum cum cornu bouis.)(ΒΑΣ. ΣΕΛΕΥΚΟΥ, *Regis Seleuci.* Caput equi cornutum *Æ* 3. Rrr. *Cimel. Vindob.* I. p. 3. — 4. Caput idem Seleuci diademate et cornu bouino ornatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. et monogramma ex ΠΕ et Α compoſitum. Caput equi freno et cornibus ornatum. pd. 131. gr. Rrr. *Geſſner.* Num. Reg. Syr. Tb. 7. fg. 21. p. 41. ex *Haym.* Theſ. Brit. I. Tb. I. fg. 5. p. 28. — 5. Caput eiuſd. Seleuci diadematum et cornu tauri ornatum, vultu ſenili.)(*Ead. epigr.* Caput equi frenatum et cornutum, in area duo monogramm. [424 et 387] *Æ* 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 29. p. 19. inquiens. „*Cornua tauri* cultum Bacchi ſimiliter cornuti indicant, id quod de Demetrio Poliorcete, in numis ita etiam cornuto, *Diodor. Sicul.* L. XX. memorat: Seleuci ſtatuam aeneam capite tauri cornibus ornato, Athenienſes poſuere, teſte *Libanio* in Antiocho p. 351. attamen cornu Seleuci, auctam eius, Demetrio capto, potentiam *hic* indicare videtur. *Equus cornutus et frenatus* ad Demetrium captum adludit, nam cum Demetrius, referente *Plutarcho*, Seleucum noctu propemodum obruiſſet, excitatus Seleucus exclamauit: cum immani bellua mihi res eſt; poteſt tamen etiam robur equitatus hac figura exhiberi.

b) *Argentea huius Seleuci I. numiſmata.* — 1. Caput Iouis laureatum barbatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, *Regis Seleuci.* Pallas in quadrigis telo et clipeo pugnans, a quatuor elephantibus trahitur, et in ſuperiore numi parte ancora. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 3. p. 13.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 8. 2. p. 40. *it.* Supplem. Reg. Syr. Tb. 2. fg. 45.) *Guſſeme* VI. p. 140. n. 4.) *Seguin.* Select. Num. p. 105.) *Vaill.* Hiſtor. Seleuc. p. 37. editionis Pariſinae in 4. et p. 19. editionis in fol. vbi ſtatuit, hunc typum ad victorias pertinere, quas Palladis auſpiciis, Athenienſibus ΝΙΚΗΣ nomine adpellatae, reportauerit.) de *Wilde* Sel. Num. p. 32. — 2. *Similis* numus praecedenti, ſed ſolo ΣΕΛΕΥΚΟΥ, *Seleuci* nomine ſignatus, ſine addito ΒΑΣΙΛΕΩΣ, *Regis* titulo, vbi tamen ſcipiones in ſuperiore parte illorum elephantum, *AR*. pd. 255. gr. *Froelich.* ib. fg. 2.) *Geſſner,* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 8. b.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 4.) *Spanhem.* Pr. I. p. 405. vbi ſimul p. 406. de ancora, et p. 407. de quadrigis elephantorum agit. Seleucus ille 480. elephantos contra Antigonum ex Aſia duxit, eorumque ſubſidio Demetrii equitatum in proelio ad Ipſum repreſſit. A Sandrocata, Indiae Rege, cum quo pacem iniuit, 500. acceperat, et plurimos in quodam Syriae loco, teſte *Strabone*, ali curauit. — 3. *Al.* fere ſimilis. *Geſſner.* ib. fg. 8. c.) *Spanhem.* ib. p. 406. — 4. *Similis* numus praecedentibus, ſed inſcriptio eſt: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, et in area ΑΝ. *d'Ennery* Catal. p. 21. n. 160. Médaillon.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 5. p. 15. cui litterae ΑΝ. non ſunt annorum notae, ſed ignotae ſignificationis, vt pluribus oſtendit in Prolegom. p. 55 ſq.) *Harduin.* Chronol. V. T. in Oper. Sel. p. 582. annum 54 intelligit. — 5. Caput Regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo, cui ars ſagittas eiaculandi vulgo tribuitur, nudus ſedens, d. ſagittam, ſ. arcum, ad latus victoriola, d. corollam offerens. *AR* 1. *Froelich.* Annal. Syr. p. 17. n. 22.) Muſ. *Theup.* p. 1225. — 6. Caput Seleuci tectum galea, cornu taurino ornata atque infra mentum clauſa.)(*Ead. inſcr.* Victoria ſtans, d. lauream imponit tropaeo, in area ΑΧ. forte initiales *Achaeorum*, ſociorum in praelio ad Ipſum, quo et galea ſpectare videtur; ſed incerta res eſt

eſt Æ. pd. 252. gr. *Froelich.* ibid. Tb. 2. fg. 1. p. 13.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 7. fg. 22.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 2. fg. 8. p. 19. 20. qui cauſam cornuum, (quorum aliud eſt in galea, aliud in capite, vtrumque vero cornu bouis, non arietis,) non in Alexandro, ſed in ipſo Seleuco quaerit, qui tam vaſto fuit robore, vt taurum ferocem fugientemque ſolis manibus ad aram retraheret, laudatque *Suidam*, (*Appianum* de Bell. Syr. p. 124. nominare voluit,) qui eandem cauſam cornibus in capite Seleuci adſignat his verbis: „A Seleuco tradunt, cum Alexandrum immolantem taurus effugiſſet, beſtiam cornibus prehenſam, eſſe retractam, eaque de cauſa capiti ſtatuae eius addi cornua.“ Hodie quidem indignum exiſtimamus, Principis vultum ob forte facinus cornu bouis dehoneſtari, quia ſcilicet non eodem oculo res naturales, vt Orientales adſpicimus, quibus nihil turpe cenſetur, quod in doctrina ſymbolica, qua maxime delectabantur, virtutis ſignificationem habet, et multo minus cornu, quod in ſacris quoque litteris roboris et potentiae ſymbolum eſt. *Wachter.* Archaeolog. numar. p. 68. — 7. Caput Seleuci leonis exuuiis ornatum.)(ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Iupiter ſedens, d. extenſa, ſ. haſtam. Tetradr. *Glock.* Num. p. 14. — 8. *Ead. adu.*)(ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Iupiter ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam, in area ancora inuerſa. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 14. p. 15.) *Geſſner.* Supplem. Reg. Syr. Tb. 2. fg. 43. — 9. Caput Herculis imberbe leonis exuuiis tectum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Iupiter ſeminudus ſedens, d. aquilam, ſ. haſtam, in area caput Palladis galeatum, intra ſellam aſtrum. Tetradr. *Eckbel.* Cat. Muſ. Caeſ. Vindob. I. p. 210. n. 2.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 11. p. 15. „*Iouis* cultus, inquit, a Seleuco exercitus exprimitur; *aquila*, Iouis ales, qua etiam Seleuco duplex omen datum, cum carnem ex ara rapiebat.) *Geſſner.* Supplem. Reg. Syr. Tb. 2. fg. 41. — 10. *Al.* ſed loco capitis galeati in area delphinus vel piſciculus, et duo monogramm. [41 et 315] Tetradr. *Eckbel.* ibid. n. 3) *Froelich* ib. fg. 10. — 11. *Al.* ſed ſine delphino, additis itidem duobus monogramm. *Geſſner.* Suppl. Tb. 2. fg. 40. — 12. *Al.* cum K et AB. ſub ſella. *Peller.* Rois I. Tb. 7. fg. 1. — 13 Caput leonis exuuiis ornatum.)(ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Iupiter ſedens, d. tenet aquilam, in area ΠΥΡΑ et ΑΡΥ. litteris nexu iunctis. Médaillon. *d'Ennery* Catal. p. 21. n. 158. — 14. *Al.* cum monogr. litterarum ΠΥΡΙ. et ΑΙ. Médaillon. *d'Ennery* ib. n. 159. — 15. *Al.* ſed cum litteris ΜΠ ligatis. Médaille. *d'Ennery* Cat. p. 22. n. 161. — 16. *Ead. adu.*)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Iupiter ſedens, d. victoriolam tenet, quae lauream vtraque manu offert, in area mon. [124] Tetradr. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 12. p. 15. — 17. *Al.* ſed in area mon. [440] ex Σ et Ε compoſitum. Tetradr. Rr. *Geſſner. Annal.* Syr. Tb. 1. fg. 10. p. 40. „*Seleucus*, ait, *capite leonis exuuiis exornato, non Hercules*, hic repraeſentatur. Hoc ornamento capitis ad Alexandri exemplum in numis viſus eſt, perinde ac reliqui eiuſdem ſucceſſores, vt et in eo ſe legitimum imperii haeredem probaret. Si plenam et amplam in his exuuiis faciem ſpectes, Seleucum vaſto et robuſto corpore fuiſſe cum *Appiano* fateberis. Eiuſdem Alexandri exemplo *Iouem ſedentem* in auerſa ſignauit, quod eſſet praecipuum cultus ſui obiectum et communis parens, ex quo originem aeque ac Alexander trahat. *Iupiter cum victoriola ſedens*, monet Seleucum poſt victorias quieſcendum ſtatuiſſe, vnde et *haſtam inuerſam* tenet. — 18. *Al.* ſed ſub ſella K. in area mon. [41] pd 266. Muſ. *Pembrock.* II. Tb. 60. fg. 3.) *Geſſner.* Suppl. Reg.

Reg. Syr. Tb. 2. fg. 44.) *Guſſemé* VI. p. 140. n. 3. — 19. *Al.* ſed ſub ſella K P. *Geſſner.* Suppl. ib. fg. 39. — 20. *Al.* ſimilis praecedenti, vbi victoriola lauream et palmam offert, addito mon. [255] ex Σ et I conſtans. Tetradr. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 13. p. 15.) *Muſell.* Num. Reg. Tb. 5. fg. 5. p. 6.) *Vaill.* Hiſtor. Seleucidar. p. 18. depictus et illuſtratus. — 21. *Al.* ſed in area monogramma circulo incluſum, intra ſellam K P. Tetradr. *Eckhel.* Cat. I. p. 210. n. 4. — 22. Caput alatum diadematum et pelle leonis tectum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Taurus ferociens. AR max. mod. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 42. 43.) *Spanhem.* Pr. I. p. 398. — Praeter hos numum argenteum ſincerum parui moduli, inſcriptum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΝΙΚΑΤΟΡΟΣ ad *Seleucum* I. incaute refert *Triſtanus* et qui eum ſecutus *Patinus*; ſed ad *Seleucum* VI. pertinere, ſuo loco oſtendamus.

c) *Aerea Seleuci* I. *numiſmata.* — 1. Caput Regis pelle leonina amictum et ala ſupra aurem.)(ΒΑ. ΣΕ. *Regis Seleuci.* Bos cornupeta. *Geſſner.* Supplem. Reg. Syr. Tb. 2. fg. 46. a.) *Pellerin* Rois I. Tb. 7. fg. 3. — 2. Caput imberbe leonis exuuiis tectum cum ala ad aurem.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Bos cornupeta. Æ 2. *Eckhel.* Cat. Muſ. Caeſ. Vindob. I. p. 210. n. 11. — 3. *Alius* ſimilis, ſed Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 12. — 4. *Al.* praecedente minor. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 13.) *Wachter.* Archaeolog. numar. p. 58. — 5. *Al.* ſed in imo auerſae Ξ. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 14.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 7. p. 15. *idemque* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 2. ſed in imo Σ loco Ξ.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 3. p. 39. *idemque* in Supplem. Tb. 7. fg. 11.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 3. p. 27.) *Vaillant.* Seleuc. Hiſtor. p. 19. aeri inciſus, qui exiſtimat hunc tauri typum pertinere ad illud Seleuci facinus, quo teſte *Appiano* Syriac. p. 12. taurum ferocem, ſacrificante quondam Alexandro, vinculis profugum, ſolus cornibus arreptum retinuerit manibus. — 6. *Al.* eodem cum capite et Ξ.)(*Ead. epigr.* Taurus cum monogr. ΗΕ. Æ 2. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 43. — 7. *Al.* ſed Æ 3. *ibid.* — 8. *Al.* ſed locuſta inſiſtit dorſo bouis. Æ 3. *ibid.* — 9. Caput cum diademate et ala ad aurem, ſine pelle leonis, et alia ſpecie vultus.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Taurus, vt in praecedentibus, in imo Ξ. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 8. p. 15. „Faciem, inquit, *Seleuci* referre non videtur; *Ala* celeritatis et victoriae, vel Mercurii nota eſt; *leonis exuuiae* in prioribus Herculeam fortitudinem indicant, ab Hercule enim Macedones, Alexander praecipue, originem iactabant, *Taurus* Ioui Caſio, et Fulminatori immolabat Seleucus.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 2. p. 39. *idemque* Supplem. Tb. 7. n. 11 *.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 4. p. 68.) *Spanhem.* Pr. I. p. 398. primus hunc numum edidit et ſtatuit caput Seleuci ala et cornu taurino hic exhiberi, cum tamen apud eundem numi delineatio ſolam alam circa aurem Seleuci referat. *Spanhemius* a *Vaillantio* eam ob cauſam modeſte emendatus in poſtrema editione operis ſui a priſtina opinione non ſolum non diſceſſit, ſed contendit: *Vaillantium* tauri typum de Seleuci facto fortitudinis explicantem, coniecturam ſuam confirmare. Addit et aliam cauſam et alterum argumentum, cur Seleucus cornu taurino ornatus ſit ex *Libanio* in Antiocho p. 315. — 10. Caput diademate et ala ornatum, cetera vt in praecedentibus, niſi in area monogramma [431] conſtans ex Π et Δ. Æ 3. *Froelich.* Annal. p. 15. n. 9.) Muſ. *Theup.* p. 1225. — 11. *Al.* ſine monogr. Æ 3. *Guſſeme* VI. p. 140. n. 1.) M. *Theup.* ibid. — 12. Caput Seleuci diadematum cum ala ſupra aurem.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Taurus cornupeta, infra Ξ. Æ 3.

Wiſe Cat. Num. *Bodlei.* Tb. 2. Tb. 2. fg. 7. p. 3. 114. 255. — 13. Caput leonis exuuiis tectum.)(*Ead. inſcr.* Pallas galeata, ſtans, d. telum, ſ. clipeum. Æ 3. *Froelich.* Annal. p. 17. n. 27. — 14. Caput imberbe elephanti proboſcide ornatum.)(Aquila fulmini inſiſtens. ET. X. Æ 2. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 43. — 15. ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΝΕΙΚ. *Seleucus Nicator.* Huius caput diadematum.)(ΔΙΟΚΑΙΣΑΡΕΩΝ, *Diocaeſarienſium* Templum, cuius frontiſpicium hexaſtylon. Æ 1. Memoires de Trevoux 1739. Octobre.) *Froelich.* Annal. Syr. p. 21. n. 31. „Numus iſte non ſub Seleuco I. ſed aliquot ſaeculis ſerius in eius memoriam ſignatus eſt; id nomen ipſum vrbis *Diocaeſareae* oſtendit, quod ἀπὸ Διὸς καὶ Καίσαρος, *a Ioue et Caeſare* compoſitum, variis vrbibus datum eſt. Videtur numus ad *Sepphorim*, Galilaeae vrbem pertinere, quae Diocaeſarea dicta eſt, teſtibus *Hieronymo* in Ionam, et *Hegeſippo* L. I. c. 30. — 16. Caput obuerſum cum duobus cornibus bouinis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Eques figuram humi proſtratam impetit, in area monogr. [279] *Froelich.* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 1.) *Guſſeme* VI. p. 140. n. 5.) M. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 5. — 17. *Al.* ſine monogr. in area aſtrum, vel crucicula. *Geſſner.* Supplem. Reg. Tb. 2. fg. 46.) *Peller.* Rois I. Tb. 7. fg. 5. — 18. Caput Regis imberbe galea munitum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. *Apollo* facie muliebri nudus, palliolo tantum dextrum tegens humerum, tripodi innitens, in area Δ. Æ. 3. ſerratus. de *Wilde* Sel. Num. Tb. 4. fg. 25. p. 34. 35. et ex eo *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 1. p. 39. Pingitur hic *Apollo facie feminea*, quod perinde ac alii gentilium dei, vtriuſque ſexus particeps eſſe ſtatuebatur. Pluribus *Wilde* l. c. De feminino capillorum Apollinis ornatu *Triſtan.* I. p. 63. ed. pr. — 19. Caput laureatum obuerſum.)(ΒΑΣΙΛΕΩ (*ſic*) ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Bouis pars anterior. *Geſſner.* Suppl. Reg. Tb. 2. fg. 46*.) *Peller.* Rois I. Tb. 7. fg. 2. — 20. Caput laur. ad d.)(ΒΑ. ΣΕ. *Regis Seleuci.* Tripus. *Geſſner.* ib. fg. 46. b.) *Peller.* ibid. fg. 4. — 21. Caput laur.)(ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕ. (*ſic*) *Seleuci Regis.* Figura nuda cortinae inſidens, d. tenet ſagittam, ſ. innititur arcui. Æ 1. de *Pfau* Cat. p. 31. — 22. Caput Apollinis.)(ΒΑΣΙΛΕΩ (*ſic*) ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo ſt. ante tripodem, tenet telum. Æ 2. ſerratus. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 43. — 23. Caput Apollinis, retro litterae ΜΓ.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo ſtans. *de Schachmann* Catal. raiſon. p. 5.) *Pellerin* Rois I. p. 71. de Seleuco I. dubitat. — 24. Caput diadematum et laureatum.)(*Ead. epigr.* Apollo ſt. d. telum, ſ. tripodi innititur Æ 3. ſerratus. *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 3. 114. — 25. Caput comatum muliebre vel Apollinis, et mon. [170])(ex Α et Τ compoſitum ſub ſincipite Apollinis.)(*Ead. inſcr.* Apollo nudus ſt. d. ſagittam tenet, ſiniſtram tripodi imponit, in area Δ. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 17.) *Geſſner.* Reg. Syr. p. 39. Tb. 7. fg. 12.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 7. p. 30. cui littera Δ vrbem *Delphorum* deſignat. — 26. 27. *Alii* duo ſimiles cum aliis monogramm. ex Α et Τ. *al.* ex Ν et Ε. [391] conſiſtunt. Æ 3. *Froelich.* ibid. fg. 18.) *Haym.* l. c. *Geſſner.* ib. p. 40.) vbi addit huius generis numos eſſe communes, vel minus raros. — 28. *Al.* ſed ante Apollinem Ν tantum. *Muſell.* Suppl. Reg. Tb. 1. fg. 8. — 29. Aliud huius generis numiſma, cui inſcriptae ΑΠ. *Apameae* initiales, deſcribitur in Theſ. *Marck.* II. p. 12) *Geſſner.* ib. p. 40. — 30. Caput muliebre comis reuinctis, vel deae cuiuſdam, vel ipſius vxoris Stratonices.)(*Ead. inſcr.* Apollo ſedens, d. telum ſ. arcum. Æ 3. *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 3. 114.) Muſ. *Wakian.* p. 14.) *Geſſner.* ib. p. 40.) Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 44. cui hinc caput

muliebre, forte Apameae vxoris.)(*Ead. inſcr.* figura columnae inſidens, clipeo nixa, tenet telum. — 31. Caput Apollinis laureatum, et concinne comatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Bos ſtans, in area monogramma ex ΡΔ et Λ compoſitum. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 19. p. 17. „Bos etiam Apollini offeri ſolebat.) *Geſſuer.* Suppl. Tb. 7. fg. 15. p. 40. vbi litterae ΣΤΡΔ et ΛΙ compoſitae. *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 9. p. 31. *Guſſeme* VI. p. 140. n. 1. — 32. Caput Apollinis paullum diuerſum a priori.)(*Ead. inſcr.* Bos dimidius in anteriores pedes procumbens, additur monogr. ſimile priori Æ 3. *Froelich.* ibid. fg. 20.) *Geſſuer.* Suppl. Syr. Tb. 7. fg. 16. p. 40. cui litterae ΓΔ et Λ nexu iunctae *Haym.* ibid. fg. 10. p. 32. — 33. *Simile caput et auerſae inſcriptio.* Bos cornupeta et in area monogramma litterarum ΣΔΛ. inferius ΕΥ. Æ 3. *Froelich.* ibid. fg. 21.) *Geſſner.* ib. fg. 17.) *Haym.* ibid. fg. 11. — 34. *Al.* ſed in eo ſigna duo, vnum circuli, vel annuli inſtar, alterum pentagonum [238] *Froelich.* ib. Tb. 3. fg. 21. b. *idemque* in prolegomenis P. I. c. 4. de *pentagono* ſalutis ſigno. — 35. Caput Apollinis laur.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Pallas tutelaris dea ſtans, d. telum, ſ. clipeum. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 15. b. p. 15.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 4. p. 39.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 1. p. 26.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 3. 114. — 36. *Ead. adu.*)(*Ead. inſcr.* Pallas ſt. d. haſtam intorquet, ſ. clipeum praetendit, infra quem erecta ancora. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 210. n. 5.) *d'Ennery* Cat. p. 47.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 15. p. 15. „*Ancora* ſignum gentilitium; addi poteſt ex *Appiano*: „Apollinem cum Laodicae matri annulum dediſſet ancora inſignem, addidiſſe: ibi Seleucum regnaturum, vbi hic annulus ei exciderit; id ad Euphratem eueniſſe; item in Babylonia ad lapidem offendiſſe Seleucum, quo effoſſo ancoram adparuiſſe.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 4. a. p. 39.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 2. p. 26. — 37. *Al.* fere ſimilis, ſed Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 6.) *Froelich.* l. c.) M. *Theup.* p. 1225. — 38. *Al.* ſed Pallas, pendentibus ex humeris alis, abeſt ancora. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 7. — 39. *Alius*, ſed pro ancora Θ. Æ 3. *Eckhel.* ib. n. 8.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 16. p. 15.) *Molan.* Num. p. 5. — 40. Caput Dianae cum pharetra poſt humerum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo nudus ſtans, d. telum, ſ. femori admota, in area ancora. Æ 3. *Eckhel.* Cat. I. p. 210. n. 9. — 41. *Ead. adu.*)(*Ead. inſcr.* Apollo nudus cortinae inſidet, d. ſagittam, ſ. arcum gerens. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 3. fg. 26. p. 17. „*Sedes conoides*, cui *Apollo* frequenter inſidet, vas illud aeneum eſſe videtur, quod *Plinius* L. XXXIV. *cortinam* nominat; ei vaſi, in vertice perforato, inſidebant vatidicae Apollinis ſacerdotes, et Ἐγγαστρίμυθοι, vt foedo mali daemonis inſtinctu reſponſa darent.) *Geſſner.* Annal. Tb. 1. fg. 4. b.) *Guſſeme* VI. p. 140. n. 2.) *Marck.* Theſ. num. II. p. 14.) *Liebe* Goth. numar. p. 108. „*Diana*, tametſi raro in Seleucorum numis occurrat, vnde typum eius in hoc genere nummorum inſolitum adpellat *Haymius*, non incommode fratri Apollini iungitur, cum vtriuſque fana et ſimulacra, obſeruante *Spanhemio* ad Callimach. p. 246. Saepe iiſdem locis ſociata reperiantur atque ipſa etiam Inſcript. Graec. Tit. 18. arctiſſime iuncta occurrant. Poſſis vero eandem Dianae in hoc numo *Dianam Perſicam* interpretari, de qua *Seguin.* Num. Select. p. 11. n. 7. Dianam enim docente *Plutarcho* et *Diodoro* impenſe colebant Perſae. At Seleucus vt eſt apud *Appianum*, rexit Meſopotamiam, Armeniam, Cappadociam, Seleucidis cognomine, Perſas ac Parthos. Vnde vt gentis

gentis ſibi ſubditae gratiam conciliaret, forte eiuſdem numen, iuxta cum Apolline in numis ſignandum duxit. Idem Dianae caput in numis Seleuci IV. Demetrii I. et Antiochi VIII. apud *Haymium* occurrit, vbi obſeruat, Reginas eo habitu repraeſentari; id vt ſibi perſuadeat, adductus eſt ex numis potiſſimum Seleuci IV. in quibus idem caput modo cum pharetra, modo ſine illa; corona hederacea, modo diademate redimitum cernitur. Ea obſeruatio, ſi locum habeat, ſtatuendum eſt, hic repraeſentari *Apamen*, quam *Plutarchus* Perſidem adpellat, Dianae ſimulacro expreſſam, licet diuerſo vultu exhibeatur. — 42. Caput Dianae cum arcu a tergo.)(*Ead. inſcr.* Idem Apollinis typus, in area $C\overset{\epsilon}{\Lambda}$ forte Σελευκέων, *Seleucenſium* initiales. *Froelich.* ib.) *Ludovic.* Num. p. 3. cui caput Dianae cum arcu et pharetra.)(*Eadem*, ſed ad latus XE. Λ. quibus litteris notari credit artificem Laodiceae in Syria, vbi numum cuſum autumat. — 43. Idem Dianae caput cum arcu ad humeros.)(*Ead. inſcr.* Pallas galeata ſt. d. telum, ſ. clipeum, et in area ancora. Æ 3. *Froelich.* ibid. n. 28. coll. fg. 15. vbi iconem dedit. — 44. Palladis Alcidae galeatum caput.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo ſt. denudatus, d. ſagittam retinens, et arcui laeua innitens, in area monogramma. Æ 3. *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 6. p. 40.) de *Wilde* Sel. Num. Tb. 4. fg. 24. p. 32. 33. — 45. Caput Palladis.)(*Ead. inſcr.* Victoria gradiens. Æ 2. *Eckhel.* Cat. I. p. 210. n. 10. — 46. Idem caput Palladis galeat.)(*Ead. inſcr.* Victoria gradiens, d. lauream, ſ. palmam, infra quam ancora inuerſa, in area monogramma ex Υ et Ξ. Æ 3. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 2. fg. 2. p. 13. „Victoria, inquit, ad Ipſum notatur, quo et caput galeatum ſpectat.) *Geſſner.* Syr. Reg. p. 40.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 6. p. 29. cui caput forte Alexandri. — 47. *Al.* ſine monogrammate. *Geſſner.* ib.) *Haym.* l. c. — 48. *Al.* ſed Victoria ante ancoram ſtans, d. lauream. Æ 3. *Beger.* Th. Br. I. p. 251.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 5. p. 40.) Com. de *Thott* Theſ. Num. p. 183 — 49. *Al.* fere ſimilis. *Geſſner* ib. fg. 7.) *Spanhem.* Pr. I. p. 405 — 50. *Al.* ſed Victoria alata ad ſtans ancorae, d. corollam, ſ. palmam. Æ 3. *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 3. 114. 115. — 51. *Al.* ſed Victoria ſt. d. expanſa coronam, ſcutum, in quo ancora. *Froelich* Not. Elem. Tb. 13. fg. 3. — 52 *Al.* Æ 3. ſimilis, ſed praeterea in area A. *Froelich.* Annal. Syr. p. 1 n. 2. b. — 53. Caput Bacchi hederae ſerto redimitum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Tripus, in area monogramma ex Ε et Υ conſtans. Æ 3. *Froelich.* ibid. Tb. 3. fg. 23. p. 17. „Bacchi cultum in Syria floruiſſe, Regum Syriae numi multi e L. II. Macchabaeor. c. 6. vſ. 7 nos docent.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 7. fg. 18. p. 40.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 2. fg. 1. p. 33. — 54. Caput Bacchi, quaſi ornatu muliebri tectum.)(*Eadem*, ſed cum ipſis ΕΥ litteris diſtinctis. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 24.) *Geſſner.* ib. Tb. 7. fg. 19.) *Haym.* ibid. fg. 2. — 55. Caput muliebre ſingulari ornatu, nullius deae ſigno, forte Stratonices vxoris.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Diana ſt. d. extenſa, ſ. haſtam, ad pedes ceruus. Æ 3 *Froelich.* ib. Tb. 3. fg. 25. p. 17 „*Diana*, ait, *Perſica* magnopere in Oriente his temporibus colebatur. Seleucus etiam celebre Dianae idolum a Bravone quodam Suſa delatum, Laodicenſibus in Syria donauit, teſte *Pauſania* in Atticis *Ceruus* frequenter in numis Dianae tanquam venationis praeſidi adſignatur. Æ 3. ſerratus. *Froelich.* ibid. *Geſſner.* ib. Tb. 7. fg. 20.) *Haym.* ib. Tb. 2. fg. 3. p. 33. cui caput Apames, filiae Artabazi videtur, quae prima Seleuci huius vxor, Antiochi I. mater fuit. — 56. ΒΑ-

ΣΙΛΕΩ

ΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Caput Apollinis.)(Elephas, Æ 3. *Froelich.* ib. p. 13. — 57. *Ead. inſcr.* Caput equi cornuti, infra quod ancora iacens. Æ 3. *Froelich.* ib.) *Geſſner.* Tb. 1. fg. 9. p. 40.) *Haym.* Th. Br. II. Tb. 2. fg. 9. p. 20. 21.) *Spanhem.* Pr. I. p. 406. — 58. ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚου. Caput equi cornua duo geſtans, infra ancora.)(Elephas gradiens, capite duobus cornibus munito. Æ 3. *Froelich.* ibid. Tb. 2. fg. 6. p. 13. inquiens; „Victoriae ad Ipſum inſtrumenta erant elephanti, quos a Sandrocata Seleucus ante biennium acceperat. *Cornua* (ſollemni Orientalibus ſymbolo et phraſi) ſingulare robur equitatus et elephantorum indicant. *Equus cornutus* forte etiam ad bucephalum adludit. De *cornibus* cum animalium, tum deorum ac Regum *Spanhem.* Pr. I. diſſ. VII, §. 2. p. 406.) *Geſſner.* ib. p. 40. — 59. 60. ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Caput Iouis barbatum et laur.)(ΓΕΡΜΗΝΩΝ, *Germenorum.* Aquila fulmini inſiſtens, Æ 3. *Froelich.* ib. Tb. 3. fg. 30.) *Geſſner.* ib. Tb. 7. fg. 14. p. 40.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 1. fg. 8. p. 30. Sed lapſum *Haymii* et qui eum ſecuti ſunt, dedocuit *Froelich.* ib. p. 21. cui a Marchione Napoli ſubmiſſus delineatus geminus numus ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ, *Pergamenorum* inſcribitur. Immo *Haymius* ipſe errorem ſuum obſeruauit et in procemio Tom. II. emendauit. Quare et ſubiecta de *Germe* narratio euaneſcit.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 3. 114. ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ tradit. Pariter in Muſ. *Arigoni* I. Tb. 17. fg. 169. et apud *Geſſner.* Num. Pop. p. 310. cum voce ΠΕΡΓΑΜΗΝΩΝ legitur.

d) *Numiſma adulterinum* cum inſcriptione ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΝΙΚΑΝΟΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ protulit *Ioſeph. Scaliger.* in Animaduerſionibus ad Chronicon *Euſebii* p. 119. quale in *Golzii* Theſauro legitur. conf. *Froelich.* Annal. Syr. p. 21.

Seleucus II. Syriae Rex, Antiochi II. Θεῦ e Laodice filius natu maximus, poſt obitum patris Rex matris opera proclamatus Olymp. 133. ante Chr. 247. aerae Seleucidar. 66. — Cognominatus eſt apud *Iuſtinum*, *Euſebium*, *Strabonem*, *Hieronymumque Callinicus*, id eſt, *praeclarus victor*, quod nomen ſine merito per ludibrium ipſi inditum exiſtimat *Galland* Diction. voce Καλλίνικος. De hoc tamen cognomine vrbem in Meſopotamia *Callinicopolim* condidiſſe indicant faſti. Ipſe vero *Callinicus* titulus in eius ex omni metallo numis genuinis non obſeruatur, quod Reges Syriae ab initio cognomina poſteritati conſignare non ita eſſent ſolliciti. — Impulſu matris Berenicem Daphnae obſedit, et contra datam fidem interfecit; quo facto Ptolemaeus, Berenices frater, bellum Seleuco intulit, eique pulſo fugatoque magnam Syriae partem ademit. Frater quoque Antiochus, compellatus Hierax, ſeu Accipiter, arma in eum ſumſit, conductis mercede Galatis. Inter hoſce motus Eumenes Bithynius regnum inuaſit, et Parthi, duce Arſace, ſuae gentis regnum condiderunt. — Obiit Seleucus II. ao. Seleuc. 87. ante Chr. 226. regni 20. filioſque duos ex vxore Laodice, Andromachi filia reliquit, Seleucum III. et Antiochum III. *Froelich.* Annal. Reg. Syr. et in prolegom. p. 49 ſq. *idemque* Notit. Elem. p. 168.) *Geſſner.* Reg. Syr. p. 42.) *Spanhem.* Pr. I. p. 439 ſq.) *Vaillant.* Hiſtor. Seleucid. p. 29 ad 36. qui perhibet, Seleucum hunc duas in Arſacem, Parthiae Regem, ſibi rebellem expeditiones bellicas ſuſcepiſſe, priorem ao. Seleucid. 76. alteram ao. 85. quo ipſo anno captus ſit Arſace, vbi barbam aluit inde Πώγων *Barbatus*, apud *Polybium* ſub fin. L. II. dictus. Contra vero *Theophil. Bayerus* Hiſtoria regni Graecorum Bactriani Tom. V. Commentar. Academiae Petropolitanae contendit, bellum vnicum a Seleuco II aduer

aduerſus Parthos eſſe geſtum, de qua controuérſia conſulendus eſt *Froelich.* prolegom. Annal. p. 64 ſq. — Huius Seleuci numiſmata ſingularis raritatis ex omni metallo. *Haym.* Th. Brit. I. p. 41. Ex mente *Harduini* Chronol. V. T. in Oper. Sel. p. 586. ad eum pertinent numi omnes, qui ſunt inſcripti ſimpliciter ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, tametſi hos nonnemo abſque vlla, inquit, probabili argumento in tres Seleucos partitur. Sed eſt hypotheſis *Harduiniana.*

a) *Aurei Seleuci II. numi.* — 1. Caput Regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. innixus tripodi, in area MP. moduli 2. Muſ. *Theup.* p. 1226. — 2. *Al.* ſimilis, ſed moduli 3. Rrr. *Froelich.* Annal. Syr. p. 29. n. 3. — 3. *Al.* ſed Apollo nudus ſt. d. telum, ſ. arcui innixus. AV 3. *Froelich.* ibid. Tb. 5. fg. 4. p. 29.) *Geſſner.* Reg. Syr. p. 42.) *Spanhem* Epiſt. II. ad *Begerum*, inſerta Obſeru. *Begerianis.*) *Vaill.* Hiſt. Seleuc. p. 35. aeri inciſus. — 4. *Al.* ſimili Apollinis typo ſ. arcui innitentis, in area a d. mon. [360] et a ſin. littera P. „Haec nomen proprium viri, quale Ῥιανὸς fortaſſe notat; illud monogr. ΗΡΑΚΛΕΙΑΝ, *Heracleam*, vrbem Syriae haud ignobilem. Rrr. *Liebe* Goth. numar. p. 8.) *Froelich.* ib. fg. 5. p. 29.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 24. p. 42.) *Guſſeme* VI. p. 141. n. 4. — 5. *Al.* ſed duo alia monogrammata. *Froelich.* ibid. n. 5.

b) *Argentei eiuſdem Seleuci II.* — 1. Caput Regis diademate cinctum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo nudus ſt. d. telum, ſ. innixus tripodi, cui corona laurea impoſita, in area hinc monogr. ex ΗΙ Ο. inde aliud ex ΑΡ. compoſitum, ad pedes caput leonis Tetradr. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 1. p. 29. cui caput leonis aut Macedonum robur, aut Apollinis ſeu Solis in leonis ſigno verſantis vires indicare videtur.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 22. p. 42.) *Vaill.* Seleuc. Hiſt. p. 34. depictus. — 2. *Al.* ſed in area hinc monogramma, inde ϒ P. *Geſſner.* Supplem. Reg. Tb. 3. fg. 11.) *Pellerin* Rois Tb. 8. fg. 5. — 3. *Al.* ſed cum litteris ΜΧΥΡ et ΜΡ nexu iunctis. Grand Médaillon. *d'Ennery* Cat. p. 22. n. 165.

c) *Aerea Seleuci II. numiſmata.* — 1. Caput Regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Apollo nudus ſtans, d. ſagittam, ſ. tripodi innixus, in area duo mon. [341 et 413] Æ 1. videtur bractea argentea tectus fuiſſe. *Eckhel.* Cat. I. p. 210.) *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 2. p. 29. — 2. Idem caput.)(*Ead. epigr.* Apollo nudus ſt. d. ſagittam, ſ. innixus arcui, additis duobus monogramm. *Froelich.* ibid. n. 11. *idemque* Notit. Elem. Tb. 13. fg. 6.) *Geſſner.* Suppl. Reg. Tb. 3. fg. 16.) *Spanhem.* Epiſt. II. ad *Beger.* in Obſerv. *Begerianis.* — 3. Caput Seleuci laur.)(*Ead. inſcr.* Idem Apollinis typis. *Guſſeme* VI. p. 141. n. 3. — 4. Caput galeatum ad d.)(ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Apollo nudus ſt. d. ſagittam, ſ. arcui innititur. Æ 3. *Froelich.* Annal. Tb. 5. fg. 10. p. 31.) *Geſſner.* Supplem. Reg. Tb. 3. fg. 19.) Muſ. *Theup.* p. 1226. — 5. *Al.* ſed Apollo tripodi innixus, in area Α. Æ 3. *Froelich.* ibid. fg. 10. a.) *Geſſner.* ib. fgg. 18. 20. — 6. Caput idem galeatum.)(*Ead. inſcr.* Victoria gradiens, d. coronam, ſ. palmam. Æ 3. *Froelich.* Annal. p. 31. n. 8 „Victoria, inquit, de Antiocho Hierace fratre relata, ſignata eſt, ob quam Callinicopolim Seleucus condidit; ſed parum decora de fratre victoria fuit.) Muſ. *Theup.* p. 1226 — 7. *Al.* ſed ancora inuerſa ante Victoriam. Æ 3. *Froelich.* ibid. n. 9.) Muſ. *Theup.* loco praecitato — 8. Caput Seleuci diadematum vultu

vultu ſenium indicante.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ...ΚΟΥ, *Regis Seleuci.* Rex currenti equo inſidens. Æ 1. Rrr. ob molem aeris et ob figuram auerſae partis, qua expeditio bellica indicatur in Arſacem poſtremo a Rege iam ſene ſuſcepta. *Froelich.* Annal. Tb. 5. fg. 7. p. 30. 31.) *Geſſner.* Suppl. Reg. Tb. 3. fg. 17. — 9. Caput Regis iuuenile diademate ornatum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Equus liber gradiens, ſuper eundem aſtrum, infra aliud ſignum rhombi figura. Æ 3. „Cum equus liber libertatis vel immunitatis ſymbolum in numis eſſe ſoleat numos iſtos tribuunt *Aradiis,* quorum vrbis inſigne et peculiaris nota *eſt ſtella* in vertice numi ſignata, quibuſue Seleucus magna priuilegia impertiit. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 6. p. 29.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 23. p. 42. — 10. *Al.* ſed equus et litterae ΔΕΔ. nexu unctae. *d'Ennery* Cat. p. 48. n. 91. — 11. 12. *Alii* ſimiles cum equite pallio humeris defluente, infra ΔΙΑ. vel $\overset{\Delta}{\text{ΙΑ}}$. Æ 1. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 46.) *Geſſner.* Suppl. Reg. Tb. 3. fgg. 12. 13.) *Peller.* Rois I. Tb. 8. fgg. 7. 8. — 13. *Al.* ſed infra equum ſcutum Macedonicum rotundum ancora inſignitum. *Froelich.* Annal. p. 29. n. 6.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 7. fg. 26. p. 42. — 14. Caput Seleuci barbatum.)(*Epigr. detrita.* Eques et ancora. Æ 3. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 46. — 15. Caput Regis diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Elephas. Æ 3. *Glock.* Num. p. 14. — 16. *Al.* ſed elephas cum inſeſſore Æ 3. *Froelich.* ibid. Tb. 5. fg. 12.) *Geſſner.* Supplem. Reg. Tb. 3. fg. 21.) Muſ. *Theup.* p. 1226. — 17. Caput diadematum Seleuci huius cum promiſſa barba.)(*Ead. epigr.* Pegaſus volans. Æ 3. *Froelich.* ib. fg. 13. p. 31. „Ex captiuitate redux Seleucus cum *promiſſa barba* venit, more gentis Parthicae, apud quam detentus eſt, vnde a dicaci populo Πώγων, id eſt, *Barbatus* adpellatus eſt, teſte *Polybio* L. II. Primus inde hic barbatus Regis Syriaci vultus in numis occurrit. *Pegaſus* alacritatis ſymbolum eſt.) *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. fg. 24*. p. 42.) *Guſſeme* VI. p. 141. n. 5.) *Haym.* Th. Br. I. Tb. 3. fg. 3. p. 42.) Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 60. fg. 10.

d) *Alii incerti numi.* — 1. Caput laur. Regis.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ. Bos gibboſus. *Guſſeme* VI. p. 141. n. 1. — 2. Caput leonis pelle tectum et ala ornatum.)(*Ead. epigr.* Tripus. *Guſſeme* ib. n. 2. — 3. In Theſauro *Golzii* indicatur numiſma inſcriptum ΣΕΛΕΥΚΟΥ ΚΑΛΛΙΝΙΚΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, quod inter ſaltem dubiae fidei numiſmata habendum putat *Froelich.* Annal. Reg. Syr. p. 29.

Seleucus III. *Ceraunus*, Syriae Rex, Seleuci II. Callinici ex Laodice filius natu maximus, mortuo patre regnum ſuſcepit ao. ante Chr. 226 vel 227. aerae Seleuc. 87. regnat annos 3. — Ingenio et opibus infirmus, attamen Κέραυνος, *Ceraunus*, id eſt, *Fulmen*, tanquam alter Iupiter cognominatus apud *Euſebium*, *Porphyrium* et *Hieronymum*; id vero cognomen in nullis huius nominis Syriae Regum numis genuinis legitur. *Froelich.* Annal. Syr. p. 32. 33. *et* in prolegom. p. 49. 51. *idemque* Notit. Elem. p. 168.) *Vaill.* Seleuc. Hiſt. p. 37. 38.

a) *Argentea Seleuci III. numiſmata.* — 1. Caput eius diadematum.)(ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ, *Regis Seleuci.* Apollo nudus ſedens, d. ſagittam, ſ. arcum, in area duo monogramm. quae cum ex litteris ΣΤ Ρ conſtare videantur, ΣΤΡΙΩΝ, vel ΣΤΡΙΑΣ, *Syriae* legi poſſe non nemini viſum eſt; ſed praeſtat abſtinere ab incerta lectione. Tetradr. *Froelich.* Annal. Syr. Tb. 5. fg. 1. p. 33.) *Vaill.* Hiſtor. Seleucid. p. 38.

38. depictus. — 2. *Al.* ſed monogrammata non ſunt adnotata. Æ 3. *Froelich.* ibid. n. 4.) Muſ. *Theup.* p. 1227. vbi non raro omiſſa videntur monogrammata. — 3. *Al.* ſine monogrammatibus. Æ M. *Geſſner.* Reg. Syr. Tb. 1. n. 24 p. 43. — 4. *Al.* ſed Φ et quid incognitum. Æ M. *d'Ennery* Cat p. 22. n. 166. — 5. *Al.* ſed cum litteris ΜΗΕ nexu iunctis et mon. ΔΙ. *ibid.* p. 23. — 6. *Al.* cum mon. ΔΙ. corona et palma. *ibid.* — 7. *Al.* ſed adeſt mon. ΠΗ. litterarum, et corona. *ibid.* — 8. Idem caput diadem.)(*Ead. inſcr.* Apollo nudus cortinae inſidet, d. ſagittam, ſ. arcui nixa, in area Ρ. iacens ſeu ΡΟ ſub quo q. *Geſſner.* Supplem. Reg. Tb. 3. fg. 29.) *Pe ler.* Rois Th. 8. fg 2. — 9. Idem caput Regis diadematum.)(*Ead. inſcr.* Apollo nudus ſt. d. ſagittam, ſ. tripodi nixa, in vertice numi corona, in area mon. [341] et aliud. pd. 258 gr. *Geſſner.* Suppl Reg. Tb. 3. fg. 22. et *Gusſeme* VI. p. 141. n. 2. ex Muſ. *Pembrok.* II. Tb. 61. fg. 1.

voluntatem fluentibus ſe victuros,
Romani ſperabant. Huius palladii
ſeruandi curam cum detulerint ad
Iunonem Romani, perſpicuum ſit,
Baudelotium, exinde Soſpitae no-
men deriuantem, a vero deflexiſſe
minime. — *Seruatricis* etiam ha-
bitu ſignatam Soſpitaeque titulo ad-
pellatam *Iunonem* reperimus in An-
tonini Pii moduli maximi numiſ-
mate, quod ſiſtit *Pedruſ.* Muſ. *Far-*
neſ. VII. Tb. 4. fg. 7.) *Schlaeger.*
l. c. fg. 13. p. 20. Inibi cum ipſa
Iuno Soſpita miſſile in Romanorum
aduerſarios intorquet, tum anguis,
Propertio L. VI. eleg. 8. vſ. 5 ſq.
decantata, ſublata ceruice varia gra-
uiter micans eorumdem animos for-
midine opprimere nititur. vid. IV-
NONI SOSPITAE *al.* SISPITAE.
Lex. n. T. II. P. II. p. 1172. Vo-
luit Imperatorum optimus hac effi-
gie notatos exſtare numos, partim,
quoniam Lanuuium patriam habe-
bat, quemadmodum refert *Iul. Ca-*
pito-

pitolinus in eius vita ſub initium; et veterrima eius familia Lanuuino municipio, vt eſt apud *Aurel. Victorem* de Caeſaribus c. 15. partim, quoniam, eodem *Capitolino* c. 8. teſte, opera eius templa Lanuuiana ſunt reſtituta. — Aliam ob cauſam in Commodi numis leguntur IVNONI SISPITAE vel SOSPITAE epigraphes, addito ſimili typo. Lex. *ibid.* — Sed eadem Iuno, quae rei Romanorum publicae conſeruatrix habita eſt, ex ſuperſtitioſorum perſuaſione ſingulos quoque homines ſaluos praeſtare, eique periclitantibus ſubuenire, ferebatur. Opinionis huius reliquias deprehendimus in lapide vetuſto apud *Gruter.* p. XXV. n. 2. IVNONI PLACIDAE CONSERVATRICI AVGVSTAE CLAVDIA etc. nec non in numis IVNO CONS. *al.* CONSERVAT. vel CONSERVATRIX inſcriptis. Lex. n. T. II. P. II. p. 1150. 1151. — Singularis eſt Iul. Mamaeae numus, quod verum huius Auguſtae nomen MAMIAS ad noſtra tempora tranſmiſit et Iunonem Conſeruatricem exhibet IVLIA MAMIAS AVG. Huius caput.)(IVNO CONSERVATRIX Iuno velata ſt. d. pateram, ſ. haſtam, ad pedes pauo. Diſſertatio du R. P. *Etienne Chamillart* ſur pluſieurs Médailles et pierres gravées de ſon cabinet, à Paris 1711. 4. p. 45. et ex eo *Woltereck.* Elect. num. Tb. 5. fg. 11. p. 354.) *Schlaeger.* l. praecit. fg. 14. p. 21, Opinanti, ait, hoc cognomine Iunonem a Mamaea celebrari, quod partus grauis doloribus olim vexatis opem tulerit, nequaquam refragabor, bene memor illius *Terentiani* in Andria III. 1. 5. „*Iuno* Lucina, fer opem, *Serua* me; et precum quae Pſyche grauida, expletis iam fere ad pariendum menſibus, apud *Apuleium* Metamorph. L. VI. p. 265. ad Iunonem Lucinam dirigit: „Sis meis, inquiens, extremis caſibus Iuno Soſpita, meque in tantis exantlatis laboribus defeſſam, imminentis periculi metu libera! quod ſciam ſoles praegnantibus periclitantibus vltro ſubuenire

b) *Ceres* in variis antiqui orbis monumentis *Conſeruatricis* vocabulo nuncupata. Gaudet hoc titulo in marmore, quod *Spon.* Miſcell. Sect. III. p. 90. edidit: CERERI CONSERVATRICI ORGANIAN. SACR. rel. Circa adpellationis huius originem haud diu multumque erit nobis laborandum. Agrorum cultura, quam Cererem edocuiſſe homines, toties occinunt poetae, et, quod conſuluiſſet humani generis et neceſſitatibus et commoditati, Conſeruatricis dei honores adeptam eſſe ſtatuimus. Vel iuxta *Spanhem.* Obſeruat. in *Callimachi* hymn. in Cerer. vſ. 13; commeruit hoc cognomen Ceres quod ciuium inter ſe concordiam ſeruando ſalutare beneficium mortalibus exhibere reputauerint veteres. Inde *Callimachus* cit. l. pariter atque *Orpheus* p. 138. implorant deam, vt unum ſenſum faciat omnibus, diſtractos in priſtinam reducat concordiam, ne diſſidio ciuitas dilabatur. cfer. *Schlaeger.* Comment. de diis Seruatoribus p. 22 23 — Σωτεῖραν eandem Cererem dictam in veteri vrbis *Apameae* in Phrygia numo reperit *Spanhem.* l. c. Denuo eruditorum oculis obuicit *Eckhel.* Num. Vet. Tb. 14. fg. 5 p. 242 ad 244. eundem Æ 3. numum, in quo hinc ΑΠΑΜΕΙΑ. Caput muliebre turritum.)(ΣΩΤΕΙΡΑ. *Hecate* tergemina ſt. expanſis quinque manibus attributa varia tenens. Epigraphe, inquit, ΣΩΤΕΙΡΑ, quae cum vnitatis numero concepta ſit, vnicam tantum deam notat, etſi tricorporem. Quid quod *Hecate* perſaepe cum *Proſerpina* confunditur, quae in numis frequenter ΚΟΡΗ ΣΩΤΕΙΡΑ, vel abſolute ΣΩΤΕΙΡΑ inſcribitur. *Diana* quoque, quae eadem eſt mythologis cum Hecate, ΣΩΤΕΙΡΑ dicitur auctori *Orphicorum* hymn. I. vſ. vlt.) Lex. n. T. I. p. 905. n. 5.

c) *Venerem*, quam Cereris co- gnatam vocat *Apuleius* Metamorph. L. VI. p. 264. qua cum ipſi antiquum foedus amicitiae, itidem Σωτείρας honore mactatam eſſe, confirmat marmor apud *Gruter*. p. LIX. n. 1. ΑΦΡΟΔΙΤΗΙ ΘΕΑΙ ΠΑΝΑΓΑΘΩΙ ΚΑΙ ΣΩΤΗΡΙ κ. τ. λ. Adpellationis huius ratio minime obſcura. Eadem ſcilicet fuit, qua commotus veteris ſculpturae artifex deorum ſpuriſſimum dixit DIV. PRIAP. CONSERV. C. SILII. *Baudelot*. de l' Utilité des Voyages I. p. 332. Conf. *Eiuſd*. Explication d' une pierre gravée, dont l' empreinte a été envoyée à l' Acad. des Inſcr. aux mois de Fevrier 1708. quod ſcriptum ſuppreſſo auctoris nomine, ſine conſule et die editum, extat in 4.

d) *Mineruam*, numen beneficum atque rebus humanis adeo, ſalutiferum reputauit Graecorum natio, vt, cum nude Σωτειραν diceret, non aliam niſi hanc artium humaniorum lanificiique animo comprehenderet inuentricem; quod *Heſychius* vocabulo Σώτειρα innuit. *Spanhem*. Pr. I. p. 418. — Idem cognomen tenet in veteri ΙΠΠΩΝΙΕΩΝ, *Hipponenſium* Bruttii numo cum epigr. ΣΩΤΕΙΡΑ circa Palladis galeatum caput. Lex. n. T. II. P. II. p. 327.) *Magnan* Brutt. Num. Tb. 52. fg. 2. *idemque* Miſcell. Num. II. Tb. 25. fg. 2.) *Schlaeger*. Comment. de diis Seruator. p. 24.) *Spanhem*. Pr. I. p. 419. — *Athenienſium* numen praecipuum Pallas erat, inde du *Choul* dans Diſcours de la Religion etc. p. 50. n. 2. protulit numum, in quo ante bubonem, Mineruae ſymbolum, adparent litterae ΣΩ. initiales Σωτείρας. *Haym*. Th. Br. I. Tb. 15. fg. 12. p. 176. ſiſtit ſimilem, niſi quod ſyllaba ΣΩ deſit. — In alio Athenarum numo, quem *Baudelot* in Explicatione numiſmatis familiae Cornuficiae exhibet, adparet Pallas d. iaculum vibratura, ſ. clipeum, tenens, in ambitu populi denominatio ΑΘΗΝΑΙΩΝ. Quamuis autem adſcriptum in fronte non habet Σωτείρας cognomen, nihilominus tamen ad Palladem Seruatricem refert numum *Schlaeger*. l. c. p. 24 ſq. eumque fg. 15. adponit. — In Romanam quoque rempublicam eiuſdem Mineruae ſalutaris ſacra fuiſſe recepta, teſtimonio ſuo communit Gallieni numiſma, in quo hanc deam MINER. S. AVG. conſpicimus nuncupatam. Lex. n. ſupra p. 78.) *Schlaeger*. l. c. fg. 16. p. 24. 25. — *Triſtano* primo eius editori Tom. III. p. 87. cum nullius recordaretur Romani numi, *Mineruam* vocantis *Seruatricem*, ſcrupulum inde iniectum, quaenam genuina huius epigraphes eſſet interpretatio; vtrum ſcilicet *Sanctam* exponeret, an vero *Seruatricem*. Verum, quem connexuit nodum *Triſtanus*, eum facile negotio ſoluit ingens numerus Seruatorum, quos ad opem Romanae reip., tot tyrannorum bellis propemodum ſubrutae atque proſtratae, ferendam euocauit Gallienus. Hic enim princeps Solem, Neptunum, Liberum Patrem, Dianam, Iunonem, alioſque Conſeruatorum titulo cum mactandos in aere argentoque ſuo curauerit: ſimili cognomine adpellaſſe etiam Mineruam, eo propius a vero videtur deflectere, quo maius auxilium homo ſuperſtitioſus a Minerua ſibi polliceri poterat, bellorum praeſide, immo etiam arcium vrbiumque tutrice.

e) *Diana*, perpetua virginitate celebris dea, *Seruatricis* titulo ſalutatur in multis vetuſti aeui monumentis, quae ad noſtram vſque aetatem perdurant. *Spanhem*. Pr. I. p. 418. — Nobis ſufficiat vetus marmor, cuius *Gruter*. p. XL. n. 10. meminit, ΑΡΤΕΜΙΔΙ ΣΩΤΕΙΡΙ dicatum. — Ad eandem Seruatricem Dianam quoque referendae videntur litterae ΣΩ. in n. *Syracuſanorum* apud *Geſſner*. Num. Pop. Tb. 63. fg. 28.) *Golzium* Sicil. Tb. 5. fg. 1.) *Schulz*. Num. I.

I. p. 65. *et* MzCab. I. p. 16.) *Schlaeger*. Comm. ſaepius citata fg. 17. p. 27. cui ita opinanti non ſolum ſuffragium ferunt ΣΩ. initiales litterae, quae eo minus per *Σωτείραν* explicare dubitat, quo acrius pro ſententia ſua propugnat eiuſdem ciuitatis numus alius, *Begero* Theſ. Palat. p. 215. memoratus, in quo plene expreſſum illud nomen ΣΩΤΕΙΡΑ pone Dianae caput legitur, ſed habitus etiam, quo monetarius deam nobis contemplandam ſtitit. cfer. *Burmann.* ad *Dorville* Sicul. Tb. 4. fg. 9. p. 325.) *Harduin.* Oper. Sel. p. 163.) *Paruta* Sic. Tb. 33. fg. 3.) Pr. *Torremuzza* Sic. Tb. 68. fg. 3.) M. *Hunter*. Tb. 54. fg. 9.) *Schulz*. Num. I. p. 39. En! eam tenſo arcu iaculum iamiam eiaculaturam canemque in Syracuſanorum aduerſarios incitantem. — A Syracuſiis quoque, ſed amiſſa libertate ſub *Agathoclis* dominatione violenta viuentibus flatum eſt numiſma, in cuius aduerſa fulmen, tyrannidis inſigne, cum epigr. ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΣ, in auerſa vero Diana ΣΩΤΕΙΡΑ cum pharetra adparet. Lex. n. T. I. p. 188.) *Beger*. Th. Pal. p. 160.) *idemque* Th. Br. I. p. 383.) *Motraye* Voyag. I. Tb. 14. fg. 5. p. 198.) Muſ. *Pembrok*. II. Tb. 79. fgg. 5. 13.) *Schlaeger*. l. c. fg 19. p. 27. 28. *idemque* Num. *Burckhard*. p. 5.) *Schulz*. Num. I. p. 39.) Pr. *Torremuzza* Sic. Num. Tb. 101. fgg. 14. 15. — Cauſam nominis exponit *Oct. Caietan.* Iſag. ad Hiſt. Sic. c. 3. p. 19. — Quemadmodum autem non habebant Syracuſani, cur toties ſe inſolentiuſque iactarent Diana Seruatrice, quippe quae ſub Agathoclis iugo cultores ſuos gemere patiebatur: ita etiam alias tantum abſuit, vt pro huius ciuitatis ſalute Diana excubauerit, vt potius die feſto, in eius honorem acto, Syracuſae in Romanorum poteſtatem venerint, referente *Golzio* Sicil. p. 53. — Venerabantur Graeco ſermone loquentes populi *Dianam*, hoc cognomine inſignem, ob hoſtes ipſius opera fuſos fugatoſque, quod *Pauſanias* in Atticis c. 40. p. 96. exemplo Megarenſium comprobat. — De Diana Soſpita Ithacae cuſa, *Neumann*. Pop. Num. I. p. 203. — Huius numinis ſacra, e Graecia adlata, in ſuam quoque vrbem receperunt *Romani*, in quorum monumentis frequentiſſima eius deae iniicitur mentio. Extat apud *Reineſium* Syntagm. inſcript. antiq. p. 240. inſcriptio lapidis DIANAE SOSPITAE etc. dicati. — Denummis in huius *Dianae Conſeruatricis* honorem cuſis. vid. DIANAE CONS. *al.* DIANAE CONS. AVG Lex. n. T. II. p. 252. 253. Simillem, ſed DIANAE CON. inſcriptum e *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* IV. Tb. 12. fg. 13. delineauit *Schlaeger*. Commentat. de diis Seruatoribus fg. 20. „Signata inibi, ait p. 28. cerua, gratiſſima Dianae victima, vt mea quidem fert opinio, impetrare ſtuduit Imp. Gallienus, vt Diana toties VICTRIX, immo INVICTA etiam adpellata, pellere velit tyrannos, atque ad internecionem delere.

f) *Lunam* inter atque *Dianam* et theologorum veterum diſciplina nihil fuit diſcriminis, quin potius ambas pro vno eodemque habitas numine ſexcentis veterum locis comperimus. Oedipo proinde haud erit opus ad explicandum, quodnam numen, luna falcata deſignatum in numiſmate a *Byzantiis* dicatur ΒΥΖΑΝΤΙΝΑ ΣΩΤ*ειρα*. *Schlaeger*. ibid. fg. 21. p. 29. ex *Triſtano* Tom. I. p. 415. vel ſcriptum ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΣΩΤ. Lex. n. T. I. p. 1641. Dianam, et eam quidem, quae Graecis *Φωσφόρος*, Latinis autem *Lucifera* audiit, eſſe, et mythologi confirmant, et aliud eiuſdem ciuitatis numiſma, eodem typo, omiſſa tamen ΣΩΤ. voce. Lex. *ib.*) *Beger*. Th. Br. I. p. 487.) *Ducang*. Hiſt. Byz. II. Tb. 1.) *Schlaeger*. ib. fg. 22. p. 29. Corniculatam, inquiens, ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ Lunam, quae in poſtica parte comparet, antica adumbrat

nae, pharetram in humero
imagine. Ciuitatis huius
ıtumque ſignatum recognoſ-
-tot in manus peruenerunt
mulae figura conſpicui, vt
qui typi huius innixi fre-
ſtatuerent, tanquam ſignum
:e atque ſub iugum ſerui-
ſae gentis Byzantinae femi-
ınc in Turcarum armis pri-
ſſe conſpectam. ſed qui lü-
cicae natales in Byzantio-
erunt antiquitatibus, in er-
amus verſari etc.

dem in *Seruatorum* deorum
non eſſe negligendam nos
ſcriptio *Gruteriana* p.
. n. 1. idemque poſtulat la-
apud *Cuperum* Apotheoſ.
p. 32. — Dictam autem
ine Iſidem, quod pro me-
lea fuerit habita, quae ae-
per ſomnium de remediis
s faceret, obſeruat *Dan.*
noenitat. philologicomedic.
c. 5. p. 63. *et* c. 6. p. 76.

ygiam, ſanitatis deam, iti-
uatricis titulo nuncupatam
expoſuerunt *Claud. Groſeus*
diſſ. de cultu, quo Salu-
am proſecuti ſunt veteres,
allice Pariſ. 1705. 8. edi-
tine verſam exhibet *Wolte-*
lect. rei numar. p. 23 ſq.)
Leyſerus progr. de Salute
ex numis. Helmſt. 1723. 4.)
Muſgrave diſſ. de dea Salute,
is ſymbola, templa, ſtatuas,
inſcriptiones exhibuit atque
iit. Oxonii 1716. 4. *it.*
i 1717. cf. Lex. n. T. II.
. 399 ſq. *it.* IV. P. I. p.
q. — Hygiam ſtantem at-
pentem ex patera paſcentem
igraphe: OB CONSERVA-
:M SALVTIS, Gallieni nu-
oſtendit; quem typum de
ae..itata diſſ. p. 35. iure me-
ingularem exiſtimauit. Lex.
II. P. II. p. 28. 29.) *Schlae-*
c. fg. 34. p. 50. 51. plu-

c) *Proſerpinae* templum dedicauerunt Lacedaemonii, in quo Σωτείρας cognomine adoraretur, narrante *Pauſania* in Laconicis c. 13. p. 238. Idem Graeciae veteris mira accuratione conſpicuus deſcriptor, Arcades quoque *Proſerpinae Seruatricis* ſignum, quindecim ferme pedes altum, auguſte ſanctéque veneratos eſſe, tradit in Arcadic. c. 31. p. 664. — Eiuſdem Plutonis coniugis cultui deditiſſima quoque olim fuit ciuitas *Cyzicena*, quod probant numi, magno numero in variis cimeliarchiis obuii. *Spanhem.* Pr. I. p. 418. — In Cyzicenorum monetis modo circa muliebre caput ornatum ΣΩΤ. legitur. AR. *Beger.* Th. Br. I. p. 490.) *Geſſner.* Num. Pop. Tb. 35. fg. 2. — Modo ΣΩΤΕΙΡΑ ſcriptum offendimus. AR. 230½ pd. Muſ. *Hunter.* p. 125. — Modo ΚΟΡΗ ϹΩΤЄΙΡΑ. circum caput itidem ornatum. Æ 2. *Froelich.* 4. Tent. p. 213. — Modo ΚΟΡΗ ϹΩΤЄΙΡΑ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ circa caput muliebre ſpicis vnionibuſque ornatum. Æ moduli bene magni: Muſ. *Alb.* I. Tb. 33. fg. 3. p. 66. 67.) *Cimel. Vindob.* II. Tb. 43. fg. 2. p. 10.) *Cuper.* Obſerv. L. IV. c. 16.) *d'Ennery* Cat. p. 409.) *Froelich.* 4. Tent. p. 211. 212.) Reg. *Galliae* max. mod. fg. 81. *et* fg. 5. inter incert.) *Geſſner.* Num. Pop. Tb. 35. fg. 1. *it.* Impp. Tb. 114. fg. 13.) *Gorius* Muſ. Florent. Vol. VI. p. 226. 227.) *Liebe* Goth. Num. p. 12. 179.) Muſ. *Piſan.* Tb. 23. fg. 3. *et* Tb. 24. fg. 1. p. 67. 68.) *Schlaeger.* Comm. praecita a fg. 35. p. 52.) *Triſtan.* II. p. 313. 314.) *Vaill.* Gr. Impp. p. 66 *it.* Sel. Num. *Camp.* p. 35. 36.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 123. — vel ſcriptum ΚΟΡΗ ϹΩΤΕΙΡΑ. *Bonarrot.* Num. *Carpin.* Tb. 5. fg. 1. p. 71 ſq.) M. *Pembrok.* II. Tb. 41. fg. 1. — vel CΩ. ΚΟΡΗ. prout apud *Harduin.* Oper. Sel. p. 88. — ΚΟΡΗΣ vocabulo indicari Plutonis coniugem, tam corona ſpicea, Proſerpinae ſymbolum, quam teſtes bene multi, *Ariſtophanes* nempe in Ranis

nis vſ. 340.) *Pauſanias* in Arcadicis c. 37. p. 677.) *Suidas* voce κόρη, aliique Proſerpinam κόρην nuncupantes euincunt. In primis vero *Cyzicenos* hoc nomine inferorum reginam coluiſſe, vno ore veteres adſirmant, licet adpellationis huius rationem in obſcuro relinquant, opinionum diſſentione facta in alia omnia diſcedentes. Pluribus *Schlaeger.* l. c. — Plane ſingularis eſt ratio, qua impulſus *Proſerpinam* dixit *Seruatricem* C. Vettius Siluinus apud *Gruterum* p. XCVII. n. 6. in lapide vetuſto: PROSERPINAE SERVATRICI C. VETTIVS SILVINVS PRO EVNOIDE PLAVTILLA CONIVGE SIBI RESTITVTA V. S. A. L. P. Eſſe voluit hoc marmor, vt ipſe indicat, gratae in Proſerpinam mentis monumentum, ob coniugem ex grauiſſimo morbo, atque ex orcu veluti reductam, ſaluti autem, adeoque ſibi etiam reſtitutam. Ea ſcilicet hominum ſuperſtitioſorum animos occupauerat opinio, vt in Proſerpinae ſitum crederent poteſtate, ab inferis reducere corporaque poſtliminio mortis animare. Patet hoc ex fabula de Alceſte.

k) *Fortuna* apud Romanos ita percelebris, vt in frequentia illa deum ingenti numen nullum haberent, quod maiori religione, pluribus modis, formis atque nominibus venerarentur. *Montfaucon* Suppl. de l' Antiq. expliq. Tom. I. p. 204. Tantam ei vim atque poteſtatem tribuebant creduli, vt *Omnipotentem* dicere nulli dubitarent. Adfirmat id *Virgil.* Aeneid. L. VIII. vſ. 333 ſq. et marmor vetuſtum apud *Gruter.* p. LXXIII. n. 8. FORTVNAE AVG. OMNIPOTENT. rel. — Quam igitur poſſe omnia, et boni malique fontem reputarunt ſuperſtitionis ſectatores, eam in *Seruatorum* numinum coetum quoque adſcribere eoſdem oportuit; et vere cooptaſſe fidem facit *Pindarus* Olymp. od. XII. ſub initium, qui ab eius po-

tentia deriuatum eſſe Σωτεί gnomen edocet. *Spanhem.* p. 419. — Teſtis eſt num gyptius, in quo circa capu bre ΣΩΤΗΡΑ, *Seruatrix*, po ΒΔ. Δόγματι Βυλῆς. *Decret tus*, et vas.)(ΚΑΛΛΗ Τ ΓΗΠΤΟΥ (*ſic*) *Bona Fortu gypti.* Fortuna ſt. d. temo cornucopiae. *Haym.* Th. Tb. 10. fg. 1. p. 100. 'Io *Pembrok.* II. Tb. 16. fg. 4.) *ger.* l. cit. p. 76.) M. *Tl* 1209. ſed ΚΑΛΛΙΤΙΧΗ ΑΙΓΗ Monumenta *Kempiana*, I 1720. 8. p. 84. vbi Β. Δ. Σ. Caput Ptolemaei Soteris, po vrceus.)(*Ead.* — Grae mone loquentes imitati ſunt *tes*, quippe quos ſimiliter h *uatricis* cognomine mactaſſe *nam*, inſcriptione comproba *grave* in Belgio Britannico n. 8. FORTVNAE CONSE TRICI etc. quo titulo etiam tur in ara marmorea apud G p. LXXV. n. 1. in cuius alte tere: GENIO CONSERV. etc. cui conſentit inſcriptio *nio* Miſcell. erud. ant. Sect. 102. exſcripta, qua *Genium* que Conſeruatoribus diis iubemur: GENIO CONSE TORI rel.

Seruatoris ſeu Σωτῆρος n promiſcue olim culti *Reges* au cipes bene de gente aliqua ve meriti *Spanhem.* Pr. I. p. 4 cui ſuffragatur *Arſenius* ad polyt. v. 8. Ἄναξ proprie *Se rem* indicat; nam deos et Ἄ καὶ Σωτῆρας καλῦμεν: καταχρηστ τὺς ΔΕΣΠΟΤΑΣ Ἄνακτας καλ δευτέρως Σωτῆρας, *Abuſiue* e *ges vocamus Anactes*, tanqu *cundos Seruatores;* item a mus ille titulorum regiorum vetuſtos homines viſitatorum logus, quem *Iul. Polluci* On L. I. ſegm. 40 ſq. debemus.

Hieronis I. Syracuſanor numiſma aereum apud *Ch*

-een Num. antiq. Sylloge a po-
is Graecis, municipiis et colo-
i cuſorum, Londini 1708. 4. Tb.
fg. 4. et *Schlaeger*. Comment,
pius cirata fg. 16. p. 59. ſiſtit
us Regis vultum diademate cin-
m ab vna, ab altera vero parte
:a equitem haſta decurrentem
endum praebet epigraphen ΙΕ-
ΝΟΣ ΣΩ. quas litteras initiales
: tituli Σωτῆρος ambiguum vide-
ur nemini. Eumdem enim vo-
huius decurtandae modum ob-
uamus in aliis Syracuſanorum
mis. Quo magis autem hoc
mpertum habemus exploratum-
ie: tanto obſcurior videtur quae-
io, vnde cognomen iſtud inditum
ierit *Hieroni*, nihil minus quam
lendidum illum titulum promeri-
. Deflexerat enim longiſſime a Ge-
nis fratris clementia comitate-
e. Nullas pro ciuibus ſuis excu-
ıs agebat, in id vnice intentus,
auri ſacra fame et crudeli im-
rio ſalutem eorum deſtrueret.
opria omnino auctoritate ſibi ar-
gauit. Hiero hunc titulum, quem
:ritis atque beneuolentia ſuorum
nſecutus erat Gelon, deuicto de-
oque ad internecionem Cartha-
ienſium exercitu a Syracuſanis
:uliſque ceteris, teſte *Diodoro*
:ulo Hiſtor. L. XI. c. 27. Ἐυεργέτης καὶ ΣΩΤΗΡ καὶ Βασιλεὺς, *Bene-
ctor et Seruator et Rex* in con-
tu publico proclamatus.

Arſaces XXVII. Monneſis, Par-
rum Rex, eodem *Soteris* titulo
latus legitur: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙ-
ΛΩΝ ΜΟΝΝΗΣΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΕΠΙ-
ΝΟΥ. Com. de *Bentinck* Suppl.
15.) *Vaillant*. Reg. Part. Hiſt. I.
339 ad 341.) *Maffei*. Galliae
: p. 106.

Minniſarus, Armeniae Rex, eo-
ı gaudet cognomine in numo,
us ectypum ſiſtit Com. de *Ben-
k* Supplem. II. p. 4. fg. 2. coll.
. *Eiuſd*. I. p. 57. ΒΑΣΙΛΕΩΣ
ΝΙΣΑΡ ΣΩΤΗΡΟΣ. ΤΑΓ. Pro-
dit eundem aut ſimilem *Eduard*
Corſinus diſſ. de Minniſari aliorum-
que Armeniae Regum numis. Li-
burni 1754. *Froelichio* Dubia de
Minniſari etc. numis ſuborta ſui,
quae propoſuit Viennae 1754. ..
rectene lectum ſit nomen *Minnſari*
in ectypa imagine, a *Corſino* pro-
lata: ΑΣΙΑ. ΜΙΝΝΙΣΑΡ ΣΩΤΗΡΟ ΤΑΓ.
quando in ipſo prototypo *Stoſchia-
no* legitur: ΑΣΙΑ. ΑΔΙΝΝΙΓΑΟ. ΣΩ-
ΤΗΡΟΣ. ΤΑΓ. *Regis Adinnigai*..
Froelich. l. c. Tb. 1. fg. 1. p.
6. ſq.

Ptolemaeus, Lagi gnatus, primus
occurrit Lagidarum, Aegypti Re-
gum, familiam recognoſcenti. Huic
regni Aegyptiaci conditori adſcri-
ptum eſſe Σωτῆρος titulum, planum
facit magnus numorum numerus.
Conf. Lex. n. T. IV. p. 371. 372.)
Harduin. Oper. Sel. p 581.) *Lie-
be* Goth. numar. p. 9. 122. 123.)
Schlaeger, Comment de diis S:r-
uat. fg. 37. p. 59 ad 61 qui conii-
cit ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ titulum
in numis Ptolemaeo, tanquam nu-
mini ſuo tutelari Rhodienſes tri-
buerunt, ex *Pauſania* in Atticis c.
8. p. 21.) *Spanhem*. Pr. I. p. 415.)
Vaill. Hiſt. Ptolem. p. 24. — *al*.
ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΣΩΤΗΡΟΣ, *Regis Ser-
uatoris*, *Froelich*. Annal. Syr. p.
19. Tb. 3.

Ptolemaeus VIII. quem vulgo La-
thyrum vocamus, cum Memphim
adſcendiſſet, ibi regnum auſpicatus
ſacriſque pro more initiatus, *So-
teris* cognomen accepit. Verum,
innituntur haec ſolo hiſtoricorum
teſtimonio iuxta *Vaill*. Hiſt. Pto-
lemaeor. p. 113. neque aetatem
tulerunt Lagidae huius aerea lapi-
deaque monumenta, Seruatoris vo-
cabulo inſignita. — Poſt Lathyri
obitum, Regum Aegyptiacorum
nouimus neminem, eodem adpella-
tum titulo, praeter famoſam illam

Cleopatram, qua mortua in pro-
uinciae formam Auguſtus Aegyp-
tum redegit. Teruntur enim in
hoc vſque tempus numiſmatophi-

lorum

lorum manibus Reginae huius et M. Antonii imaginibus conſpicui numi, in quorum parte altera circa Cleopatrae caput legitur: ΚΛΕΟΠΑΤΡΑΣ ΟΣΣΑΝ ΣΩΤΗΡΑΣ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ. Lex. n. T. III. P. II. p. 210.) *Schlaeger.* de diis Seruator. fg. 38. p. 61 ad 63. Ex eorum genere ſunt haec numiſmata, quorum explicatio negotii plurimum, faceſſit rerum antiquarum ſcrutatoribus; in primis *Triſtanum* I. p. 57. ſollicitum habuit vocabulum ΟΣΣΑΝ, quin tamen ΘΕΑΣ legendum nulli dubitarunt, teſtati cum alia numiſmata, Cleopatram ΘΕΑΣ titulo vocantia, tum etiam *Dionem Caſſium* Lib. L. p. 496. Praeter ΟΣΣΑΝ autem in mendo quoque cubat ΣΩΤΗΡΑΣ vocabulum, quod conſtans ſermonis Graeci vſus reſpuit et cum ΣΩΤΕΙΡΑΣ commutari iubet; niſi fortaſſis pro ΘΕΑΣ ΣΩΤΕΙΡΑΣ reponendum erit ΘΕΑΣ ΝΕΩΤΕΡΑΣ, quo nomine in numis compluribus gaudet, et per excellentiam, nullo deae nomine addito adpellari Cleopatra voluit. *Vaill.* Hiſt. Ptolem. p. 189 ſq.

Demetrius, *Polyorcetae* a tot expugnatis vrbibus nomen conſecutus, *Seruatoris* titulo ornatus in numo cum epigraphe ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. et figura muliebris ſeminuda ſedente, ſ. cornucopiae tenente, a *Schlaegero* l. c. fg. 39. p. 64. 65. ex *Wolfg. Lazio* Rerum Graecar. L. I. p. 25. exhibito, qui etiam, cum ex apertis indiciis eum vindicet Macedoniae, quam in ſua poteſtate aliquamdiu habuit Poliorcetes, ſimul diluit eorum obiectionem, qui numiſma iſtud Seleucidarum Demetrio I. adiudicare fortaſſis inſtituerint. *Spanhem.* Pr. I. p. 4 8. — Dignum vero hoc titulo Demetrium cum patre iudicarunt Athenienſes, poſtquam horum Regum opera et ciuitas Athenienſis in priſtinam libertatem eſſet reſtituta, et ei, praeter centum et quadraginta millia medimnum tritici, materia ad centum triremes faciendas ſubmiſſa, ad quam munificentiam

ſpectare videtur copiae corn mulieris figura, in auerſa p dens, ſ. manu ſuſtentat. gnominis huius origine co *Diodor. Sicul.* L. XX. c. *Plutarch.* in Demetrio.

Seleucidarum in familia quam alibi, deprehendimus cognomine inſignitos. Nan *leucus Nicator*, conditor hu tis, ita dictus eſt ab Atheni Lemnum incolentibus, qui ſtimonium dicente *Athenaeo* p. 255. templum exſtruxer culumque, ſub epularum ex bandi cauſa defundendum, Σωτῆρος, *Seleuci Seruatori* runt; et *Seleucus* IV. vel P tor, nec non *Antiochus* X. ſebes hunc titulum habere tur apud *Ioſephum* Antiq. L. XII. c. 4. §. 10. poſteri L. XIII. c. 10. §. 1. Veru ſatis nobis eſt, hanc trigam i ſitu veluti attigiſſe; quippe neque numos, neque lapide ſuperſtites nouimus, hoc tit tatos: ita, quod ad poſteriore attinet, valde dubitat *Schl* Comm. praecit. p. 65. an adpellati ſint vmquam. V profecto *Ioſephi* locus, quo tur, qui hoc cognomen ipſis cant, ſubleſtae eſt fidei. *Sp* Pr. I. p. 414.) — Primus gente, quem lapis vetuſtus indigitat, Seleuci Nicatoris lius, Antiochus I. Mactatu titulo in Pſephiſmate, quod i honorem poſuerunt Sigei, e ditis commentariis dilucidat lucem produxit *Edmund. Chi* qui etiam lacunas, quibus lapi maculatus eſt, feliciſſime ex Numi eiuſdem Antiochi I. cu ΤΗΡΟΣ encomio rariſſimi hab *Haym.* Th. Br. I. p. 34. o Siſtunt eiuſmodi numos ΣΩ ΑΝΤΙΟΧΟΥ inſcriptos Com. de *tinck* Cat. I. 44.) *Froelich.* Syr. Tb. 4. fgg. 13. 14 *idemque* Not. Elem. Tb. 13. *Geſſner* Num. Reg. Syr.)

) *Guſſeme* II. p. 172.) *Har-* Oper. Sel. p. 582.) *Muſell.* Reg. p. 6.) *Spanhem.* Pr. I. .) M. *Theup.* p. 1225.) *Vaill.* . Hiſtor. paſſim.

iochus II. Dei cognomine alias tur, vt Seleucidis Σωτῆρι adaretur, iubet *Spanhem.* Pr. I. :. atque id quidem fide foe- Smyrnaeorum et Magnetum *mpbr. Prideaux* inter Mar- Oxonienſia vſ. 101. editi. ıdmodum vero *Harduin.* in ol. V. T. vel Oper. Sel. p. . hos ipſos verſus perperam :etatus, ex duobus vnum ſit Antiochum, poſtquam il- 'heum ex Syriae Regum ca- deleuerat: ita etiam *Span-* *s* humani quid paſſum dole- arbitratum, Antiochum Θεὸν ῆρα a Smyrnaeis Magnetibuſ- ɔllaudatum, haud diuerſum › Antiocho II. quem vulgo ipellamus. Marmoris enim :s reſpexerunt huius patrem.

etrius I. Soter in numis ΒΑ- Σ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ vel inſcriptis, quos exhibuimus . T. II. p. 122 ad 126. — *ger.* Comment. de diis Ser- fg. 40. p. 68. delineatum *Haymianum* numum Th. Br. 5. fg. 2. p. 57. typo plane ri conſpicuum. Grypi, in a parte quae comparet, figu- l Apollinem, cui fabuloſum erarum genus conſecrauerant itioſi; ceruae autem caput, tica ſignatum, ad Dianam, ı, a Syrorum natione prae religioſe culta reſpicere, non nus. — *Alium Æ* 2. ſiſtit de *Bentinck* Suppl. p. 28. apite lupi, inde capite cro- : addita ſimili epigr. ΒΑΣΙ- ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ. — n Demetrii huius numis Σω- ɔgnomine notatis, conſpici- ollo, cuius imaginis frequen- ſuſpicandum paene fuiſſet *Liebe* Gotha numar. p. 112. ipſum Demetrium Soteris Apollinis habitu inibi exhiberi. Verum, quo minus in eam ſententiam diſcederet, prohibitus obſeruatione, Apollinem commune Regum Syriae in veteri aere argentoque eſſe ſymbolum; ad veritatem reuocauit animum. Accepit nempe hoc cognomen Demetrius ille a Babyloniis, teſte *Appiano* Bell. Syr. p. 188. cum Roma clam relicta, Heraclidaque in fugam coniecto Timarchum rebellem, qui Babyloniis praefecturam auare crudeliterque adminiſtrauerat, occidiſſet.

Populus Romanus ſalutatur *Seruator* a Laodicenſibus in veteri marmore, cuius inſcriptionem edidit mutilam *Spon.* Voyag. I. p. 416. quam vero integram diuulgauit *Luc. Holſten.* Not. ad *Stephani* ἐθνικὰ p. 187. Hoc Σωτῆρος titulo adpellati ſunt Quirites, quod Laodicenis ſaluti fuerint, libertate ſuis legibus vti ipſis conceſſa.

Triumuiros reipublicae conſtituendae, Lepidum, Antonium et *Auguſtum, Seruatorum* ornatu honeſtatos videmus in antiquis monumentis immerito, quippe qui neque clementia aut moderatione, neque etiam beneficiis, ſed ciuium optimorum caedae, pecuniarum rapinis atque tetris crudelibuſque factis ſunt nobilitati. Spectant huc numi, magno numero ſuperſtites, in quibus SALVS GENERIS HVMANI impotenti ipſorum dominationi accepta refertur. Tales Lepidi exhibuimus numos Lex. n. T. II. P. II. p. 1613. 1614. coll. Lex. n. T. IV. p. 1666. eorumque bigam a *Golzio* in Aug. Tb. 24. fgg. 5. 8. editam, chalcographi manu in aes incidendum curauit *Schlaeger.* de diis Conſeruator. fgg. 41. 42. p. 72. In priori ad Apollinis tripodem ſtat *Lepidus*, lituum manu tenens atque cum *Antonio Auguſtoque* foedus icere videtur; ex quo vti temporum felicitatem vbertatemque rerum omnium ſperare iubebant, quod mu-

muliere, ad pedes eorum cum cô-piae cornu et caduceo iacente ſi-gnificatur: ita videri etiam vole-bant pro *humani generis conſerua-tione* ſummopere propugnaſſe. Cum vero paſſim bella inteſtina. eſſent, et caedes proſcriptionesque non in-frequenter fierent: in poſteriore nu-mismate tribus dexteris coniunctis cum caduceo, faſcibus et orbe idem innuunt atque de ſalute deſperan-tes mortales ſpe melioris confir-mare ſatagunt.

Auguſtus, etſi inter triumuiros, ſalutis humanae defenſoris elogio ſuperbientes, iam adfuit, ſpeciatim eius fit mentio in numis, in qui-bus ſolus adpellatur SALVS GE-NERIS HVMANI. Lex. n. T. IV. p. 1667 ad 1669. Duo ſimilia nu-miſmata exhibet *Schlaeger*. Com-ment. citata ſgg. 43. 44. p. 73. itidem a *Golzio* in Aug. Tb. 57. ſgg. 2. 4. in lucem adſerta. Alte-rum hanc epigraphen incluſam oſten-dit corona querna, qualem Roma-ni ciuicam dixerunt, atque iis de-derunt muneri, qui in proelio ci-uem ita ſeruauerant, vt ſimul oc-cidiſſent hoſtem. Eadem donarunt Romani Auguſtum, quod perpetuus hoſtium eſſet victor, atque ciuium Seruator. *Ouid*. Triſt. L. III. eleg. I. vſ. 47.) *Dio Caſſ*. Hiſt. Rom. L. LIII. p. 580. — Haud vero donatus videri voluit hac corona Auguſtus, quod vrbem modo reſ-que Romanas ab omni detrimento conſeruaſſet integras; ſed prop-terea cum maxime ſummo in pretio munus illud habuit, quod a toto veluti hominum genere ipſi eſſet decretum. Scribit hac de perſua-ſione *Plinius* L. XVI. c. 4. „De-dit hanc (naualem) Auguſtus coro-nam Agrippae; ſed *ciuicam a ge-nere humano* accepit ipſe. — In numorum altero Fortuna, vel, ſi mauis, Victoria globo inſiſtens pal-ma atque corona, quam d. tenet ſignificat, Auguſti victorias, per ter-rarum orbem vniuerſum partas, hu-manum genus reſtituiſſe incolumitati.

Antoniae minori, Auguſti ex ſo- rore Octauia nepti, vt inter *Con- ſeruatrices* locum adſignemus, m- mus poſtulat in eius honorem ſi- tus, notatuſque epigraphe B V ΣΩΤ- ΡΑ circa caput.)(ΚΑΛΛΗ ΤΥ- ΑΓΡΙΠΠΕΙΝΗ. Fortuna ſtans, d. t- monem, ſ. cornucopiae et ramu- culos tenet. *Schlaeger*. l. cit. ſ- 45. p. 76.) *Triſtan*. I. p. 148.

Nero, patre quidem fratreq- venenata potione interfectis, ma- occiſa, praeceptore ad mort- adacto, atque vrbe flammis exuſ- hominum genus vniuerſum cladib- adfecerat, et multis iiſdemque i- menſis facinoribus odium in ſe co- citauerat maximum. Cunctis i- tur inuiſo, quis crederet, *Seru- toris* conſtituta vmquam eſſet i- ſignia? At enim vero, quo om- mento a pleriſque omnibus cenſ- batur indigniſſimus, illud adſen- tores religioſi, principis aucupat- gratiam, ad eum detulerunt, o- nibuſque minitantem interitum, *S- uatorem Vniuerſi* ſalutarunt. Co- paret magnificus ille titulus in h- ius Imp. numiſmate cum memo- bili inſcriptione ΤΩ ΣΩ ΤΗΡΙ Τ- ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ L. ΕΝΑΤ. *Seruat- Orbis Anno Nono*. Lex. n. T. p. 337. *et* III. P. II. p. 72.) *G- ner*. Impp. Tb. 47. ſg. 8.) *H- duin*. Oper. Sel. p. 723.) *Spanhe-* Pr. II. p. 500. *idemque* in Notis verſionem Gallicam Caeſarum *I- liani* p. 250.) *Schlaeger*. Comm. diis Seruator. ſg. 46. p. 77. „O- nia, inquit, huius numi, qu- moduli eſſe maximi nouimus, m- menta erunt explanata, vbi ad t- quaeſtiones ſequentes dilucide r- ſponderimus: vbinam nempe ge- tium, quo tempore ſit cuſus, qua- que habuerint rationem eius auct- res, cur ſummum inter tyrann- tenentem locum *huius vniuerſi* a- pellarunt *Seruatorem*, qui titul- vni generis humani Seruatori Ch- ſto, minime vero omnium deter- mo principi, conueniebat. Ad p- ma

quod attinet, eam perſpicue dit littera L. Λυκάβαντος, *Anni* in Aegyptiorum numis ex *Io-* inſtructione p. 95. Fiandam n Aegypti habitatores hanc ꞉tam curarunt, vt eius indicat ·aphe L. ЄNAT. *Anno Nono* rii, non vitae, quod non ne- placuiſſe ſcimus. *Nic. Toinard.* ſſ. de Commodi aetate, in nu- nſcripta, edita Pariſ. 1690. 4. a vero in Bibliotheca littera- . 24. in eam quidem diſceſſit ntiam, ſed nullos inuenit ad- res. Nero certe vndecimo im aetatis anno a Claudio ado- ıs, teſte *Sueton.* in vita c. 7. nonum ageret, ſpem olim im- ıdi vllam nondum adeptus, m quoque Aegyptiis in aures blanditiis influendi exhibere it occaſionem. Σωτῆρος τῆς 'οικυ- titulo gratulari voluerunt Ae- ii Neroni, de pace terra mari- ›arta, et clauſa propterea Ia- inſolentius glorianti. Coepit haec dementia ſecundum com- n Vſſerianum Ao. Chr. 63. Neroniani principatus *nonus* ſque ipſe, quo numum noſtrum nus fabrefactum. Hoc enim , cum Tiridati Armeniae re- ſſet regnum, Nero Imperator lutatus, verba recito *Suetonii* 3. laurea in capitolium lata n geminum clauſit, tanquam reſiduo bello. Quam lau- a victore, vt videri volebat, ratore in Iouis depoſitam gre- ı refert hiſtoricus, eam repraeſe- nt in numo Aegyptii.

aianus, quem non vnius vrbis opuli, ſed uniuerſi generis hu- liberatorem, antiqua Helle- 'um pietas ſalutauit, *Seruator* in numo Nicopolis ad Iſtrum, Traianus condidit poſt De- um Regem victum, in indi- victoriae. *Ammian.* L. XXX. ır. CѠTHP THC ΠΟΛΕѠC. Lex. . lll. p. 1489. 1490. — In em Traiani honorem a Perga- s itidem cuſus eſt numus, ΘΕΩ CΩTHPI KAI TΩ ΘΕΩ CEBACTΩ, *Deo Seruatori Et Deo Auguſto*, inſcriptus. Lex. n. T. lll. P. ll. p. 872. 873.) *Vaill.* Gr. p. 29.

Hadrianus Hercules Romanus at- que *Hercules Seruator* dici voluit; vid. ΤΩ ΗΡΑΚΛΕΙ ΣΩΤΗΡΙ ΑΥΓ. *Her- culi Seruatori Auguſto.* Lex. n. T. ll. P. ll. p. 30.) *Occo* p. 239.) *Spanhem.* Pr. ll. p. 492.

Theodoſio M. inter alia cogno- mina tribuebatur quoque illud Σω- τῆρος iuxta *Themiſtium* Orat. 15.

Seruator Orbis. vid. CѠTHP THC ΠΟΛΕѠC. Lex. n. T. lll. p. 1489.

Seruatori. vid. I. S. N. C. *In- victo Seruatori Noſtrae Ciuitatis.* Lex. n. T. ll. P. ll. p. 981.

— *Orbis.* vid. TѠ CѠTHPI THC OIKOYMЄNHC. Lex. n. T. I. 337.

SERVATOS. vid. OB CIV. SER- VATOS. n. Auguſti, Galbae. Lex. n. T. lll. P. ll. p. 25.

— v. OB CIVES SERVATOS. n. Auguſti, Agrippinae Sen. Ca- ligulae, Claudii, Neronis, Gal- bae, Veſpaſiani. Lex. *ibid.* p. 25 ad 27.

— v. OB CIVIS SERVATOS. n. Auguſti in plurimis Familiarum Rom. numis, quarum nomina ex- hibuimus Lex. *ibid.* p. 28. quibus adiungendae *Caniſia g.* Lex. n. T. I. P. ll. p. 282.) *Golz.* Faſt. p. 210. — *Cornelia g.* Lex. *ibid.* 983. 984. — *incerta* Familia. Lex. n. T. ll. P. ll. p. 711. Conf. *Gorii* Symb. Litter. Vlll. p. 34.) *Mdb.* p. 81. 92.) Muſ. *Milano-Viſconti* p. 31.) *Molan.* Numoph. p. 78. 79.) de *Pfau* Cat. p. 67.) *Schlae- ger.* Num. *Burckbard.* p. 61.) *Schulz* MzCab. ll. p. 2.) Com. de *Thoms* Theſ. p. 70. 217. 208.

Seruatrix, Iuno, Ceres, Venus, Minerua, Diana, Luna, Iſis, Hygia, Proſerpina, Fortuna etc. vid. *Seruatores* dii deaeque. Lex. n. ſupra.

SERVEIL. litteris V et E aut RVE nexu iunctis. v. *Seruilia* g. — *Al.*

SERVEILI. *Seruilius*, nomen Romanum, adhibitis ſtidem EI litteris pro I. Lex. n. T. II. p. 541. 542. — *Al.*

SERVEILI. Idem nomen. vid. *Seruilia* gens. *Havercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 392.

Seruenius, vel *Seruinius*, nomen apud Romanos. *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 342. — ΣΕ. Σερυηνιυ, *Seruenii*, Lex. n. ſupra p. 203. — ϹΕΡΟΥΗΝΙΟΥ. n. Acmoneuſ. Lex. n. Tom. I. p. 49. 50. 255. — ΕΠΙ ϹΕΡΥΕΙΝΙΟΥ, *Sub Seruinio.* n. Dioſheritar. Lydiae. Lex. n. T. II. p. 317.

SERVI. *Seruius.* — Huius Seruii Tullii Regis caput, infra SERVI. ante DECIMA. Lex. n. T. I. P. II. p. 468. *it.* T. II. p. 89. 90.) *Geſſner.* Fam. Tb. 29. fg. 45.) *Gölz.* Faſt. p. 165.) *Guſſeme* VI. p. 461. n. 1.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. 33. fg. 2.) *Spanhem.* Pr. II. p. 17. 18.) *Vaill.* Fam. II. p. 488.

Seruia gens, cui attribuitur denarius, in quo L. SERVIVS RVFVS. Caput nudum.)(Caſtor et Pollux ſtantes, vterque haſtam tenens. *AR.* *d'Ennery* Cat. p. 159. n. 318. — *Al.* L. SERVIVS RVFVS. Capita eorumdem Dioſcurorum.)(TVSCVL. Turris vel murus. *AV.* 126 pd. *Guſſeme* VI. p. 271.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 41. fg. 10. p. 207.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 10. fg. 4. vid. *Sulpicia* g.

SERVIL. *Seruilius*, nomen gentis. v. Seruilia g. vbi C. SERVIL. M. SERVIL. II. VIR. — P. SERVIL. C. F. ISAVRICVS. — P. SERVIL. VATIA.

SERVIL. vid. *Lollianus*: C. SP. SERVIL. LOLLIANVS P. F. AVG. Lex. n. T. II. P. II. p. 1819.

SERVILI. Idem nomen. — SERVILI. C. F. — CN. SERVILI. P. F. GEMINVS. — M. SERVILI. M. F. — P. SERVILI. RVLLI. — P. SERVILI. M. F. RVLLI. *ſuis locis.*

Seruilia gens Albana, a Tullo Rege, Alba diruta, Romam translata inque patriciorum ordinem allecta, *Liuio* L. II. et Dionyſio L. II. teſtibus. In primis fuit illuſtris, poſtmodum plebeia quoque, multis cognominibus diſtincta, ex qua conſulatus et ſummos honores plurimi geſſerunt, prout inter ſcriptores conſtat. — Eius nomen a *Seruio* deriuatum legimus. *Seruius* is primum dictus, quem ſeruiens mulier peperit, vt de Seruio Tullo Rege ſcribit *Dionyſius* ac Valerius, qui mortua matre in vtero ſeruatus. — In denariis ſupereſt memoria Ahalarum, Caepionum, Caſcarum, Geminorum, Iſauricorum, Rullorum et Vatiarum. *Spanhem.* Pr. II. p. 47.

a) *Sine cognomine.* — 1. Caput Iouis Capitolini barbatum et laureatum.)(ΛꟼƎƧ. Ͻ. pro C. SERV*ilius.* Duae figurae militares ſtantes d. gladium tenentes, in area duo globuli. *Æ.* *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 88.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 15.) *Morell.* Fam. in g. Seruilia Tb. 2. Lit. A. p. 392. vbi *Havercampo* inter numos Etruſcos reponendus videtur.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 131. fg. 17. ſed inuerſo per ter ordine legit M. SERV. — FLORA. PRIMVS, *Floralis primus* ſcil. fecit. Caput Florae redimitum floribus, poſt illud ... eſt.)(C. SERVEIL. C. F. *Seruilius, Caii Filius.* Figurae militares ex aduerſo ſtantes

ris pugiones mucrone erecto, veuti iurantes, ſiniſtris clipeos tenent, ad latera parazonia habent. AR. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 152. *t.* Suppl. p. 60.) Muſ. *Milano-Viſconti* p. 22. ſed C. SEREIL. (*ſic* errore monetarii) C. F.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 3. fg. 21.) de *Pfau* Cat. p. 67.) *Spanhem.* Pr. II. p. 148 ſq.) Muſ. *Theup.* p. 94. — 3. *Ead. adu.*)(C. SERVEILI. (nexii RVE litteris) C. F. Idem typus. AR. *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 86.) *Morell.* Fam. Tb. 2. fg. 4. p. 391. 392. — 4. FLORAL. PREIMVS. Caput idem Florae.)(C. SVEREIL. (*ſic*) C. F Idem typus. *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 98. fgg. 11. 12. p. 488. 489. — 5 FLORAL. PRIMVS. Idem caput. C. SERVEIL. (iunctis RVE litteris.) Idem typus. AR. Lex. n. T. II. p. 1084.) *Beger.* Th. Br. II. p. 585. fg. 4.) *Eckhel.* Anfangsgr. zur alten Numiſm. Tb. 2. fg. 23. p. 53. ſed C. SERVEILI. C. F. eodem litterarum RVE compendioſo ductu.) *Erizzo* Diſcorſo p. 32. 33.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 6.) *Hanthaler.* Exercitat. III. Tb. I. fg. 17. p. 35. ſed C. SERVEIL.) *Harduin.* in *Plinio* ſuo Tom. II. p. 139. n. 1. disiectis litteris PRIMVS legit: FLORAL*ia* PR*opriis* IM*penſis* Ve*neri* Sa*crauit.*) *Ludovic.* Num. p. 97.) *Molan.* Num. p. 70.) Muſ. *Scheuchzer.* n. 362.) *Schulz.* Num. I. Tb. 5. fg. 6. p. 269 ad 271. ſed C. SERVEILI (ſimili litterarum nexu) C. F. *it.* MzCab. I. p. 67. 68.) *Spanhem.* Pr. II. p. 88. 97. 98.) *Sulzer.* Num. p. 25. at C. SERVEILI. omiſſis C. F. initialibus.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. fg. 18. p. 409.) *Vrſin.* Fam. per *Patin.* p. 260. 261. Tb. 2. fg. 4. item omittit C. F.) *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* p. 20. 175. 267. Tb. 9. fg. 17. — 6. EX S. C. Caput vel Genii Pop. Romani, vel Triumphi.)(M. AIMIL. L. F. BARBVLA. COS. Sella curulis, hinc et inde ſecuris cum faſcibus; in imo C. SERVEILI. P. F. AED. CVR. AR. *Geſſner.* Fam. Tb. 2. fg. 17.) *Guſſeme* I. p. 45. n. 13.) *Golz.* Faſt. p. 101.) *Morell.* Num. Conſular. Tb. I. fg. 12.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 4. fg. 1.) *Spanhem.* Pr. II. p. 88. — 7. Caput Herculis.)(SERVEILI. in prora ſupra quam duae ſpicae. Æ. *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. — 8. ROMA. Caput pelle leonis tectum.)(C. SERVEILI. Prora nauis. Æ 3. *d'Ennery* Cat. p. 180. „Ce quadrans eſt dans le rapport avec l'As réduit à un tiers d'once romaine. Il péſe 42 grains, ou 2. ſcrupules. — 9. Caput Herculis imberbe leonis pelle amictum, pone tres globuli, quadrantis nota.)(C. SERVEILI. M. Prora nauis. Æ 2. *Vrſin.* Fam. per *Patin.* Tb. 1. fg. 6. p. 257. 258. — 10. *Al.* ſed C. SERVEILI. M. F. *Caius Seruilius, Marci Filius.* Prora nauis, pone tres globuli. Æ. *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 79.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 14.) *Morell.* Tb. 1. fg. 6. p. 389.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. — 11. *Al.* additur ROMA ſub capite Herculis.)(*Ead. inſcr.* Prora item, ad latus tres globuli, deſuper corona laurea. Æ. *Geſſner.* ib. fg. 80.) *Glock.* Num. p. 44.) *Guſſeme* l. c.) *Morell.* ibid. fg. 7. p. 389.) *Vaill.* l. c. — 12. *Ead. adu.*)(C. SERVEILI. ROMA. Nauis prora, e qua duae ingentes ſpicae prominent; curatores enim frumenti imponere ſolebant frumentum ex prouinciis frumentariis adductum nauibus, quae illud confeſtim Romam tranſueherent. Æ. *Geſſner.* ib. fg. 89.) *Guſſeme* l. c.) *Morell.* ib Tb. 2. fg. 7. p. 393.) *Spanhem.* Pr. II. p. 155.) *Vaill.* l. c.) *Vrſin.* Tb. 2. fg 7. p. 260. — 13. Caput Romae galeatum cum inauribus et margaritis in collo, pone quod ſertum lauri, in imo ROMA.)(C. SERVEILI. M. F. Caſtor et Pollux in equis, aſtris inſigniti, in partes aduerſas decurrentes, vterque haſtam inuerſam. AV. *Olivier* diſſertaz. ſopra alcune Medaglie Sannitiche, quae inſerta Vol. IV. Diſſert. Acad. Etruſc. Cor-

Corton. p. 133 ſqq.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 7. fg. 7. pd. 107½.) *Vrſin.* Tb. 1. fg. 3. p. 258. — 14. *Al.* ſed pone Romae caput corolla et X nota denarii.)(*Eadem.* Æ. *Beger.* Th. Br. II. p. 585. *it.* Obſerv. fg. 36. p. 50.) Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 153.) *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 76.) *Glock.* Num. p. 44.) *Guſſeme* VI. p. 159 n. 4.) *Ludovic.* Num. p. 98.) Muſ. *Milano-Viſconti* p. 22.) *Molan.* Num. p. 70.) *Morell.* Fam. Tb. 1. fg. 3. p. 387. 388. pluribus.) *Olivier* diſſ. l. c.) de *Pfau* Cat. p. 67.) *Rinck.* Num. p. 15.) *Schlaeger.* Num. *Burckhard.* p. 54.) *Sulzer.* Num. p. 25.) Muſ. *Theup.* p. 94.) Com. de *Thott* Theſ. p. 63.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. fg. 15.) *Vrſin.* l. c. ad C. Seruilium Ahalam magiſtrum equitum, et Spurium Melium, equeſtris dignitatis virum, refert. — 15. Caput Romae galeatum, pone quod lituus, ante ✱ nota denarii, infra ROMA.)(C. SERVEIL. *Caius Seruilius.* Duo equites decertant, galeatus alter haſta confodit aduerſarium, ſ. clipeum gerit, in quo eſt M. littera. Æ. *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 77.) *Guſſeme* VI. p. 159. n. 5.) *Ludovic.* Num. p. 97.) *Morell.* Fam. Tb. 1. fg. 5. p. 338.) de *Pfau* Cat. p. 67.) Muſ. *Theup.* p. 94. vbi M. *Marcus*, interpretatur.) *Vrſin.* Tb. 1. fg. 5. p. 257. 258. — 16. *Al.* fere ſimilis, ſed pictura aliquantum differt a praecedente, lorica enim ſquammata indutus eſt hoſtilis ille eques a Romano equite confoſſus. *Geſſner.* ib. fg. 78.) *Glock.* Num. p. 44.) *Morell.* ib. fg. 5. — 17. *Al.* ſed C. SERVEILI. *Beger.* Th. Br. II. p. 585. fg. 2. *Eiuſd.* Florus L. I. c. 26. p. 212.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. fg. 16. — 18. Caput Libertatis laur. pone quod lituus et littera B, ante ✱, infra ROMA.)(C. SERVEIL. Idem typus. Æ. *Schulz.* Numoph. I. p. 267 ad 269. *it.* MzCab. I. p. 66.) *Vrſin.* per *Patin.* Tb. 1. fg. 4. p. 257. — 19. *Al.* ſed C. SERVEILI. Idem typus duorum equitum decertantium. Æ. Catal. Gothae venalium 1715. p. 42.) *Guſſeme* VI. p. 159 n. 5.) *Vaill.* ibid. fg. 17. — 20. C. CASSEI. IMP*eratoris.* Caput deae Libertatis laur.)(M. SERVILIVS LEG*atus.* Gammarus vel cancer in acetabulis acroſtolium, infra Rhodiorum roſa. Æ. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 153. „une araignée mer. pluſieurs ornements.) *Geſſner.* Fam. in g. Caſſia Tb. 9. fg. 25. *it.* Seruil. Tb. 27. fg. 83.) *Glock.* Num. p. 44.) *Guſſeme* II. p. 60. *it.* VI. p. 160. n. 13.) *Morell.* Fam. in Caſſia Tb. 2. fg. 1. p. 80. *it.* Seruil. Tb. 2. fg. 1. p. 390. *Eiuſd.* Epiſt. ad *Perizon.* p. 188. 189.) *Spanhem.* Pr. I. p. 273.) Muſ. *Theup.* p. 94.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. cui flos granati.) *Vrſin.* per *Patin.* in g. Caſſia Tb. 2. fg. 1. p. 69. *it.* Seruil. Tb. 2. fg. 1. p. 260.) *Wolterek.* Elect. num. p. 58. — 21. *Al.* ſine roſa cum ramo et gammaro. Æ. *d'Ennery* Cat. p. 160. — 22. C. CASSI. IMP. Caput idem Libertatis coronatum.)(M. SERVILIVS LEG. Cancer forficulis prehendens acroſtolium, ſub illo animali eſt roſa. Æ. Rrr. *d'Ennery* ib. p. 159. 160. — 23. *Ead. adu.*)(M. SERVILIVS LEG. Acroſtolium, quod in floreſcentes extremitates deſinit, roſarum folia in extremis habens, vnde colligitur Rhodi cuſum numiſma fuiſſe. AV. pr. 15. Scut. *Beger.* Th. Br. II. p. 546. fg. 4.) *Geſſner.* Fam. in g. Caſſia Tb. 9. fg. 26. *et* Seruil. Tb. 27. fg. 84.) *Guſſeme* I. p. 326. n. 108.) *Liebe* Goth. numar. p. 24. vberius.) *Morell.* Fam. in g. Caſſia Tb. 2. fg. 2. p. 80. *et* in Seruil. Tb. 2. fg. 2. p. 390. 391. vbi ſubtus aquilae incuſum cernitur ſignum, quod denotat in Ducum Mantuae muſeo olim aureum hunc numum extitiſſe; *Eiuſd.* Epiſt. ad *Perizon.* p. 188. 189.) Muſ. *Pembrok.* I. Tb. 7. fg. 6. pd. 26½.) Muſ. *Theup.* p. 10. 94.) *Vaill.* Fam. I. Tb. 38. p. 249. *et* II. Tb. 130. p. 410. ſed varius

varius eſt in explicando.) *Vrſin.* per *Patin.* in g. Caſſia Tb. 2. fg. 2. p. 69. *et* in Seruil. Tb. 2. fg. 2. p. 260. — 24. *Al.* ſimilis AR. Rrr. *Ruben.* Num *Arſchot.* Tb. 5. fg. 22. p. 9.) *d'Ennery* Cat. p. 160.) *Geſſner.* Fam. Tb. 27. fg. 84.) *Morell.* l. c.) *Occo* p. 19. cui ramus loco acroſtolii.) Muſ. *Theup.* p. 94. — 25. C. CASSIVS IMP. Caput Libertatis laur.)(M. SERVILIVS LEG. Acroſtolium. *Guſſeme* VI. p. 159. n. 1. — 26. Caput Romae. S. C.)(H. (*ſic* loco M) SERVEILI. C. F. Duo equites altera manu equos retinent, altera cum gladiis et clipeis pedeſtrem pugnam ineunt. AR. Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 152. 153. — 27. Caput Romae galeat. et alat. pone Ψ.)(M. SERVEILI C. F. Iidem equites dimiſſis equis decertantes, in imo A. AR. *Beger.* Th. Br. II. p. 585. fg. 1. inquiens, Ahala interficit Melium A. V. C. 314. regnum adfectantem. Aliam vero et meliorem interpretationem amplectitur *Vaillantius*, atque inſigne aliquod factum M. Seruilii, Caii Filii depingi exiſtimat, cui ſententiae potiori iure accedit *Havercamp.* ad *Morell.* Fam. p. 387.) *Eckhel.* Cat. II. p. 68.) *Geſſner.* Fam. Tb. 27.) *Guſſeme* VI. p. 160. n. 9.) *Morell.* Fam. Tb. 1. Lit. B. p. 387.) *Spanhem.* Pr. II. p. 227.) Muſ. *Theup.* p. 94.) *Vaill.* Fam. II. Tb. 130. — 28. *Al.* ſed infra T. de *Schachmann* Cat. raiſ. p. 83. „Cette médaille a été frappée à deux repriſes. — 29. *Al.* poſt caput Romae nulla littera; in)(ſub pugnantibus D. *Vrſin.* Tb. 1. fg. 2. p. 257. 258. — 30. *Al.* ſed hinc .... inde K. *Eckhel.* l. c. — 31. *Al.* hinc H. inde S. *Eckhel.* ib. — 32. *Al.* poſt caput Romae ☉.)(R. ſub figuris pugnantibus. *Geſſner.* ib.) *Morell.* ibid. Lit. G. p. 387. — 33. *Al.* hinc K. inde P. *Morell.* ib. Lit. F. — 34. *Al.* hinc K. inde Q. *Geſſner.* Tb. 27. fg. 68.) *Glock.* Numoph. p. 44.) *Morell.* Tb. 1. fg. 2. — 35. *Al.* hinc A. inde O. *Eckhel.* Cat. II. p. 69. — 36. *Al.* hinc M. inde .... *Eckhel.* ibid. — 37. *Al.* hinc M. inde N. *Morell.* Tb. 1. Lit. E. — 38. *Al.* hinc P. inde H. *Eckhel.* ibid. — 39. *Al.* hinc T. inde F. *Eckhel.* ibid. — 40. *Al.* hinc Y. inde .... *Wiſe* Cat. Num. *Bodlei.* Tb. 9. fg. 16. p. 20. 175. 267. „Quid ſignificet littera Y in antica, haud exploratum eſt. — 41. *Al.* hinc Φ. inde D. *Morell.* Tb. 1. Litt. D. — 42. *Al.* hinc X. inde C. *Morell.* ibid. Lit. C. — 43. *Al.* hinc Ψ. inde A. *Morell.* ibid. Lit. A.) *Geſſner.* Tb. 27. n. 69.

b) Addito praenomine *Ahala.* Eos halas *Cicero* in Oratore ad Brutum, primum axillas, deinde fuga litterae vaſtioris alas dictos ſcribit; ex ala poſtea factum eſt hala, et in denariis *Ahala.* Lex. n. T. I. p. 222. — 1. 2. AHALA. Caput C. Seruilii Ahalae nudum ac barbatum.)(BRVTVS. Caput L. Bruti, primi conſulis, nudum ac barbat. AV. AR. quos harum deliciarum ſtudioſi magni aeſtimant. *Ruben.* Num. *Arſchot.* Tb. 1. fgg. 19. 20. p. 3.) Com. de *Bentinck* Cat. I. p. 120. 121.) *Eckhel.* Cat. II. p. 44.) *d'Ennery* Cat. p. 159.) *Geſſner.* Fam. in g. Iunia Tb. 17. fg. 109. *et* Seruil. Tb. 27. fg. 67. pr. 1. Scut.) *Guſſeme* I. p. 412. *it.* VI. p. 159. n. 2.) *Morell.* Fam. in Iunia in g. Tb. 1. fg. 1. p. 220. *et* in Seruil. Tb. 1. fg. 1. p. 386.) Muſ. *Milano-Viſconti* p. 22.) *Oiſel.* Sel. Num. Tb. 112. fgg. 10. 11. p. 552.) *Pedruſ.* Muſ. *Farneſ.* II. p. 21.) Muſ. *Pembrok.* III. Tb. 6. fg. 10.) de *Pfau* Cat. p. 67.) *Schulz.* Num. I. p. 182 ad 184. *it.* 267. *et* Cat. I. p. 44. cum pretio vnius thaleri.) *Spanhem.* Pr. II. p. 227.) Muſ. *Theup.* p. 53. 93.) *Vaill.* Fam. I. in g. Iunia. *it.* II. in Seruil. Tb. 130. fg. 1.) *Vrſin.* per *Patin.* in Iunia p. 139. Tb. 1. fg. 1. *it.* Seruil. Tb. 1. fg. 1. p. 257. 258.

c) *Cae-*

